RosDok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Schuckmann  Heimrath Ringwicht

# Semicenturia Conclusionum Politico-Iuridicarum ex Iure feudali & publico desumptarum prima,

Rostochi[i]: Kilius, 1639

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731832159

Druck  Freier Zugang  PUBLIC DOMAIN

50 polit.-jur. Schlüsse

R. U. jur. 1639.

Schuckmann - Rindgricht.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn731832159/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn731832159/phys_0002
DFG

# Semicenturia
# CONCLUSIONUM POLITICO-JURIDICARUM
ex Jure feudali & publico deſumptarum prima,

*Quam*

CHRISTO DUCE & AUSPICE CHRISTO.

*Magnifico Nobiliſsimoq; JCtorum in Celeberrima Roſarum Academia collegio ſuffragante,*

Sub Præſidio

*Ampliſsimi ac Conſultiſsimi VIRI*

Dn. HENRICI SCHUCKMANNI,

in hac Illuſtri Univerſitate Anteceſſoris clariſſimi, Promotoris ac præceptoris ſui magnoperè ſuſpiciendi,

*Publicæ ac Placidæ diſquiſitioni ſubjicere conabitur*

Heinrath Rinckquicht / Megapolitan.

*Ad diem 23. Martij, in Archeo majore horis à 7. matutinis*

ROSTOCHI,

*Typis NICOLAI KILII, Academ. Typogr.*

*ANNO M DC XXXIX.*

105

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Principium Deus ſit, medium atq; finis Novell. 109. abſq; eo enim nihil unquam commodè geri poteſt: Novell. 6. & 164.

ΠΑΡΑΣΚΕΥΗ

Et

Diſpoſitio hujus Diſſertationis Feudalis.

*Quanta & quàm inſignis hujus excellentis materiæ ſit utilitas; quàm uſu ſit frequens & neceſſaria; neminem eſſe autumamus, quem id prætereat; utpotè quâ in Aulis Principum & Nobilium, noſtra hominum ætate nulla frequentior, nulla jucundior, nulla præſtantior. Quam ut ordine ac decenter pertractandam capeſſamus (cum fuſio ſit mater erroris & propoſteratio ordinis vitiet actum, arg. l 4 C. de ſentent. & interloc. nec lætum habeat exitum id, quod ordinem deſerit;) operæ utiq; pretium facturi videbimur, ſi hanc ſeriem ſequamur,* Ut I. agamus de Juris Feudalis Dignitate & Autoritate, II. De Feudorum Origine. III. De Etymo, nec non undè dicatur feudum, itemquè Vaſallus. IV. De Definitionibus & Divisionibus, V. De Perſonis Feuda conferentib. & accipientibus VI. De Materia hoc eſt rebus, quæ in feudum dari poſſunt.

ſit itaq;

Concluſio

A Feu-

I.

FEudorum cõſuetudines, (A) quas Longobardi per diuturnum temporis ſpatium tenuerunt, privata quorundam, cumprimis Oberti de Orto, & Gerhardi Nigri operâ collectas, inquè aliquot libros (B) redactas, deindè ab Impp. approbatas, etiamnum univerſo in theatro Imperij paſſim ab Impp. obſervari, ac ſecundum illas feudales controverſias opinionesve decidi, (C) præter unanimem Dd. conſenſum, forum & Eccleſiaſticum & ſeculare (D) comprobat.

(A) Conſuetudinis Feudalis nomine, Libros Feudorum contineri, videre licet ſtatim in frontiſpicio *Rubr. ad tit. 1. F. 1. Jul. Clar. lib. 4. §. Feudum quæſt. 2. n. 1.* (B) Nam conſuetudines hujuſcemodi Longobardicæ multis antiquis confirmatæ ſunt inſtrumentis, Ex quibus jus feudale, quod hodiè publicis in ſcholis interpretamur, quodque in judiciis & curiis exercemus, & ſecundum quod pronunciamus profluxit. Hoc Jure Longobardos per diuturnam annorum ſeriem uſos eſſe, & à duobus Conſulibus Mediolanenſibus, Gerhardo Nigro & Oberto de Orto, conjuncto ſtudio in ſcripturam fuiſſe redactum, conſtat; horum enim in multis Juris Feudalis ſcriptis mentio facta eſt, utpote *2. F. 1. 23. 25. Hanneton. de Feud. c. 1 Schrad. p. 1. c. 1. n. 3.* & ferè communis FF. Schola idem comprobat. Quamvis a. de hiſce Compilatoribꝰ atque Autoribus Juris Feudalis diſſentiens ſit inter nonnullos Feu diſtas opinio; cùm Compilatorũ non ſit, ſuas ſententias recenſere multo minus ſuas ſententias invicẽ repudiare: neque in Latioribus Digeſtorũ libris extet, Triumviros, Tribunianum Theophilum, & Dorotheum, (quos commemorat *Imp. in Proœm. Inſtit. & l. 2. §. ſed cum perſpexerimus C. de vet. jur. enucleando*) ſententias ſuas retuliſſe; nec uſpiam cognoſcere liceat, ſuas ſententias illos invicem rejeciſſe & refutaſſe, utpote cognoſcimus factum eſſe, *in c. 1. tit. 25. 28. 32 F. 2.* Tamen Gerhardum (qui librum primum congeſſit) & Obertum de Orto, (qui ſecundi & tertij Autor eſt) Authores horum librorum conſtituunt, *Andr. de Iſer-*

nia

nia in præludio *Feud. n. 16. Cujac. in pr. lib. 1. Feud. Borcholt. de Feud. c. 2. n. 25.* quibus communiter adnumerantur *Dd Moz. de Orig. Feud. n. 32. vult. 1. Feud. n. 4. Weſemb. c. 1. n. 2.* Et quidem rectè propter teſtimonium 2. F. *1.* ubi Obertus de Orto ſe uſum feudorum filio expoſiturum, promittit; de Gerhardo confirmant multa capitula *2. F. 51. junct. 1.* F. *27. 2.* F. *30.* cum ſimilibus, à qua ſententia non eſt recedendum habita ratione authoritatis Oberti & Gerhardi, quorum teſtimonium non ut Authorum, ſed ut teſtium producitur ſæpius, ſiquidem in confeſſo eſt, alia ab aliis, progreſſu temporis fuiſſe addita, qui illorum, ut collectorum primariorum ſententiam recitarunt, *Weſemb. in procem. n. 2. de Feud. Armæus ad th. 3. diſput. feud. 1.* Uterque vixit tempore Friderici primi Sueviæ Ducis, cognomento Anehobarbi ſeu Barbaroſſæ, à Ruffa barbâ, Conradi ex fratre Nepotis circiter annum 1152. ut colligitur *ex 2. F. 33. verb. in quibus.* qui Gibellinorum & Guelphorum potentiſſimas per Germaniam factiones ſuſtulit, quoad potuit, & Jura Feudalia per Germaniam inſtauravit. *referente hæc Philiopo Glaſero in Syngramm. ſuo hiſtor. de præcip. hiſtor. mund. p. m.* 123. Cæterum conſuetudines haſce, primô locales, à ſæpe commemoratis privatis hominibus Oberto de Orto, Gerhardo Nigro Capegiſto aliisq; rapſodiæ inſtar collectas eſſe, patet; quippe cum conſuetudinum feudalium doctrina adeo diffuſè peneq; confuſè conſcripta & compilata extet, ut farigini variarum opinionum & conſuetudinū, quàm methodicæ arti ſimilior videatur. *Thomas Lindm. p. m. præcept. meus quondam honoratiß. exercit. feud. 1. th. 1.* (C) poſteà à Friderico III. (ut *Cuſpinianus in vita Frid. & Odof. in auth. Caſſa C. de S. S. Eccleſ. referunt*) comprobatas fuiſſe notum eſt: quod fit veriſimile ex quibusdam locis, utputa ex textu *tit. 54. lib. 2. & 35. 1. F. 22. 23.* in quibus reperiuntur verba, *ſtatuimus, ſancimus*, quæ non conveniunt privatis, ſed Impp. Lotharij 1. & 11. Hinrici IV. Frid. I. & II. Hinrici Conradi, & aliorum conſtitutionibus, quibus Hugolinum uſus Feudorum adjeciſſe, teſtis eſt Odofred. Haſq; Conſuetudines vigorem legis habere, nemo dubitare auſit Clariſſ. Lind. *cit. loc. th* 15. Imò cum totum Jus feudale ſcripto non tantum comprehenſum ſit, ſed ex eo, velut Jure ſcripto, hodiè Jus dicatur, largo modo pro Juris ſcripti parte id reputari poteſt, prout Reſponſa prudentum, quæ pri-

mo ſine ſcripto conſtabant, *l. 2. §. his ll. ff. de* O. I. poſteà v. Juris ſcripti pars eſſe cœperunt §. 3. *I. de* I. N. G. *&* C. *l. 1. ff. de conſtit. princip.* Quicquid ſit, conſtat hodiè per omnes Europæas provincias, Hiſpaniam, Italiam. Galliam, &c. Conſuetudines haſce, niſi iis ſtatutis locorum derogatum ſit, pro Jure obſervari *arg. l. 8. Humanum* C. *de ll. & conſtit. princip.* Juri igitur ſcripto meritò adnumeramus; quia iſtis non ut conſuetudinibus Longobardorum, ſed ut legibus rationabilib9 ab Imperatoriæ Majeſtatis authoritate approbatis, utimur *Schrad. de* Feud. *p. 2. Sect. 13. n. 11. & ſeqq.* undè omni tempore ſactitatum eſſe atq; etiamnum fieri videmus, ut in curiâ Imperatoris, juxta conſuetudines feudales emergentes circa feuda controverſiæ decidātur, quod factum non fuiſſet, niſi Imperatores vim Juris conſuetudinarij, iis tributam voluiſſent, *arg. l. 2. §. ſed neque. C. de veter Jur. enuncl.* Conſuetudines enim, quæ invaluerint, quæ judicio populi receptæ *l. 32. ff. de ll.* quæ frequenter in eodem controverſiarum genere ſervatæ *l. 1. C. eod. tit.* quæ per multos annos, uſu longævo ac diuturno, obſervatæ ſunt pro lege haud immerito cuſtodiuntur *d. l. 32. l. 38. d. tit.* atque adeo legem ipſam quoque vincunt *c. 1. de* Feud. *cognit. 2. F. 1.* (D) Sunt nonnulli, qui ad Jus Canonicum referendum eſſe putant, ob id, quod pleræque controverſiæ feudales ex juramento fidelitatis oriantur; & ſic in juramentorum cauſis etiam dubiis Juris Canonici deciſio præpolleat. Verum cùm non curetur, an pares ſint Laici & Domin9 vel vaſallus ſint Clerici in feudis, *Can. in c. cæterū V. de Jud.* utrūque approbant Feudiſtæ. *Jul. Clar. lib. 4. ſentent. in* §. *Feudū q. 90. n. 8. & ſeqq.* Pontificum enim Decreta foro ſeculari adnumeranda ſunt, utpote quibus in controverſiis feudalibus, quatenus in iis de juramentis quæſtio eſt, utimur, *c. novit.* XIII. *de jud. c.* XX. *de foro compet. Diſſent.* Molinæus in conſuetudinibus § *1. gloſſ. 5. n. 72.* Clerici in poſſeſſoriis forum ſortiuntur coram judice ſeculari ut notat. *Guido deciſ. 1. n. 1. & deciſ. 85. Covart. latè pract. quæſt. c. 35.* ſicut etiam in cauſis feudalibus *tex. in c. verum & in c. ex transmiſſa de foro compet. & in c. cæterum, de Judic. Andr.* Gail. *lib. 1. Obſ. 30. n. 20. & Obſerv. 37. n. 3.*

II. No-

II.

**Noſtri ergo Inſtituti disquiſitionem, non modò ventilatione dignam, ſed ſummè neceſſariam eſſe, dubium nullum eſt; Quippe cùm illuſtria ſumenda ſint in manus ſcribenti, utilia, neceſſaria, ſingularia.**

Conſilium Imperatoris Juſtinian. ob oculos noſtros ponimus *ex l. 2. §. Contrarium C. de Veter. jur. enucl.* reſectis ſuperfluis, retentis utilibus, neceſſaria, ſingularia excerpamus, quem & Jctus Ulpian. imitatus eſt, qui à commendatione materiæ alicujus excellentis, plerumque initium ſumere eſt ſolitus, ut relucet in materia Reſtitutionis inintegrum *l. 1. ff. de reſtit. in integr.* Negotiorum maritimorum *l. 1. ff. de exercit. act. & l. 1. ff. de trib. act.* item in Appellatione *l. 1. ff. de appellat.* cum ſimili: In principium igitur utilitatis ſive neceſſitatis inquirendum eſſe, gnaviter monent Jcti & Philoſophi, quorum in numero eſt Ariſtot. qui in omni diſciplinâ primò an res, deindè unde & tertio quid, quàlis ſit, rectè disquirit. Idem nobis labores noſtros feudales reaſſumentibus faciendum arbitramur. Principium n. potiſſima pars cuiusq; rei eſt *l. 1. ff. de Orig. Jur.*

III.

**Ad Feudorum Originem quod attinet, volunt quidam, ea, unà cum genere humano, & ſic ab exordio penè mundi extitiſſe, ideoque à primæ Monarchiæ tempore Feudorum initia deducunt.**

*Niell. diſp. Feud. 1. th. 1. per c. 14. Geneſ. v. 4. Joh. Godæus diſput. F. 1. th. 1. per text. 1. F. 1. §. 1.* Undè & Gerhardus jus Feudiſticum dicit antiquiſſimum *tit. de his qui feud. dare poſſ.* §. Et quia. Omnes enim Monarchiæ ſuos habuere milites, præſides præfectos, qui omnes ſimilitudinem quandam Vaſallorum referunt. Perſæ, Satrapas & ἀθανάτους, qui Vaſallis noſtris haut inconvenienter comparari poſſent, teſte Herodoto Halicarnaſſeo *lib. 3. p. m. 95.* habebant: expreſſè enim hæc reperiuntur verba: apud Perſas, viginti provincias (quas ipſi Satrapeias vocant) conſtituit: earumq; ſingulis præſides præfecit &c. Græcos prædia militibus ſub obſequij & fidelitatis conditione diſtribuiſſe liquet ex Conſtitutione Conſtantini Porphirogonetæ περὶ στρατιωτῶν cujus fragmentum extat apud Harmenopolum in *Epitom. Jur. tit. 16.*

Nam primo veteres, qui noverant agrum in limitibus ſeu finibus hoſtium vel prædia capta ab hoſtibus, ſolebant ea militibus adſcribere ut ita eorum eſſent perpetua, ſi eorum hæredes eſſent milites. *annot. Keckermann. in probl. 1. diſcur. philoſoph. diſp. 31.* Et hac ratione putabant fore, ut ad Remp. tutandam redderentur animoſiores, *teſt. Thucyd. lib. 5. & Dionyſ. lib. 1.* Id quod factum eſſe ab Alexandro Severo teſtis eſt Lampridius, quem & alij Impp. ante Juſtinianum ſequuti ſunt, ut ex eorum conſtitutionibus apparet *C. de fund. Limitroph. Lib. XI.* Et meminit prædiorum hujuſcemodi militarium Conſtantinus quidam Imp. apud Harmonopolum *lib. 1.* Eaque στρατιωτικὰ κτήματα, καὶ στρατιωτικοὺς τόπους vocat; qua ratione Jure Gent. bella introducta videntur *§. 17. J. de R. D. l. 5. § ult. l. 51. ff. de acquir. rer. dom. l. 31. ff. de Jur. fiſc. l. 20. § 1. ff. de capt. & poſtlim. l. 13. ff. ad L. Jul. peculat.*

IV.

**Sed haſce meras conjecturas relinquimus (A) Et veriſimilius arbitramur, jura ea à Longobardis potiꝰ, atque à Germanis ſeu Saxonibus (B) quàm cæteris populis ſive Romanis, ſive Gallis (C) ut quidam conjecturam faciunt introducta eſſe.**

(A) De quibus nihil certi conſtat, meritò illa pro conjectura ſeu divinatione habentur *arg. l. in obſcuris* 114. *ff. de R. I.* & ex annalibus liquido cognoſci nequit, quo tempore apud illos clientelæ feudales invaluerint: & credibile eſt, crebris migrationibus & bellis inteſtinis, documenta rerum, ſi quæ fuerunt, ſublata & everſa eſſe. (B) Satius autem erit à Saxonibus ſive Longobardis, profectas eſſe hujusmodi clientelas; Siquidem plerique Dd. illud ſentiunt & tenent: Nam quod communiter Interpretibus Feudiſticis placitum eſt, id nobis diſplicere non debet, *arg. ducto ex l. fin. C. de fideicommiſſ. & l. unic. C. Theodoſ. de Reſponſ. prudent.* ubi diverſæ (ait) prudentum ſententiæ proferuntur, potior numerus vincat authorum &c. utut ſit, maximæ Feudiſtarum parti placuit, Originem Longobardis ſive Saxonibus adſcribi. Ex Saxonibus Oriundos Longobardos, Anno Chriſti 568. Alpes tranſiiſſe, & Inſubriam totamq; Italiam ſive Latium Occupaſſe, tandem eam partem quæ etiamnum Longobardia dicitur, retinuiſſe, & ex patriâ

patriâ leges & conſuetudines feudales attuliſſe, liquet: *Weſemb. de feud c. 3. n. 2. Fach. 7. controvers. c. 1.* Et veteres Saxones moribus feudalibus uſos eſſe, Speculum Juris Saxonici, aliaque Hiſtoriarũ monumẽta oſtendunt, quod licet poſt tempora Caroli Magni factum ſit, conſtat tamen de moribus antiquorum Saxonum eſſe, cui argumento eſt, quod Carolus devictis Longobardis pauciſſimis immutatis ll., antiquum jus Saxon. confirmavit, & Saxonibus reliquit, Facit huic rei fidẽ Hiſtoria, quam in Juſtin. II. recitat *Philipp. Melanchthon lib. 3. Chron.* Et pleriſque verior videtur ſententia eorum, qui à Germanis, & inter eos, â vetuſtiſſimâ Saxonum Gente, originem Feudorum deducunt. Germanorum namq; Duces, Comites ſuos habuiſſe, *Tacitus memorat*, & à tempore Caroli Magn. Impp. per Comites provincias gubernaſſe, iiſq; uſumfructum terrarum conceſſiſſe, *hiſtoriæ docent*, & *Petr. Ferrarius Montanus annotat.* (C) Nonnulli à Clientelis Romanorum ſub initium Urbis conditæ, â Romulo inſtitutis, derivant, quod hodiè Vaſalli etiam clientuli dicantur *1. F. 10. & 13.* Verùm hujus opinionis, licet probabiles allegentur rationes, eruditioribus tamen non ſatisfaciunt cum clientelæ iſtæ non belli, ſed pacis & otij alumnæ ſint, & hereditariæ neceſſitudines, & à Clientibus Patroni ipſimet eligantur *Heig. p. 1. quæſt. Jur. Civil.* aliæque permutæ in clientelis & feudis diſſimilitudines notantur à *Carolo Molinæo ad conſuet. Pariſienſ. tit. 1. prima fronte n. 14. cui aſſentitur Inſignis Feudiſta Hinr. à Roſenth. c. 1. concl. 8. n. 2.* tradens non ex Jure Romanorum, ſed conſuetudine Germanorum ortas eſſe clientelas.

V.

**Quas quidem Conſuetudines feudales Juri Romano in multis contrarias, ac ſeparatas à ſcriptis LL. eſſe, Obertus de Orto perſpicuè teſtatur.**

*2. F. 1. verſ. in judicio* quanquam hæ conſuetudines extra cauſas feudales & aliarum cauſarum deciſiones contra jus Romanum allegari vel induci non debent *arg. tit. 1. verſ. legum autem Romanorum.* Illuſtrationis tamen & declarationis gratiâ, in caſibus Juri Civili non contrariis, deciſiones Juris feudalis in controverſiis Juris Civilis attendi queunt, *Borch. de feud. c. 2. n. 31. Vult. c. 1. n. 9. Hinr. à Roſenth.*

*ſenth. c 1. concl. 10. n. 3. 4.* Deficiente verò conſuetudine, deciſio quæſtionum feudalium ex Jure Civili petenda eſt *2. F. 1. Vult. de Feud. lib. 2. c. 3.*

VI.

Variam feudi notationem ſeu Etymologiam Interpp. tradunt; alij à Longobardicâ voce ferda, Faida vel Fehde, quæ inimicitias, hoſtilitatemq; ſive bellum ſignificat: (A) alii â Germ. Vogtey/id eſt præfecturâ, (B) alij à Fueden/quod eſt paſcere, (C) alij ab obſoleto Germanico vocabulo leudo, quod hominē deſignat: (D) alij à fœdere deducunt, ut Iſidorus & Spigel. in Lexico (E) alij à Gallicano verbo leaul, quod fidelem denotat: (F) concinnius autem & rectius à Romano vocabulo fide ſive fidelitate deduci poſſe, ſæpè commemoratus Obertus palam teſtatur (F), ut feudum ſit q. fidum: Fede namq; Longobardis, & nunc Italis, fidelem ſignificat; Undè Bodinus arbitratur, fedum dicendum eſſe ab initialibus quinque grammatis F. E. D. V. M. quod qui fidem daret his verbis uteretur: FIDELIS ERO DOMINO VERO MEO.

*(A) Ferrar. Montan. 1. F. 1. circ. finem Gregor. Tholoz. in Syntagm. jur. univerſ. lib. 6. c. 2. num. 2.* Hinc etiam hodiè Fheidbrieffe vocamus literas, quibus capitales inimicitiæ alicui denunciantur & bellum indicitur. *Ritterhuſ. lib. 1 partit. feud. c. 1. n. 12.* (B) *Vigel. c. 2. reg. 2.* (C) *Beuſt. ad leg. admonendi n. 174. ff de jurejur.* Prædia enim feudalia ad hoc dantur Vaſallis & Fidelibus, ut indè ſe, Equos & familiam honeſtè alant ut parati eſſe poſſint ad Servitia dominis ſuis præſtanda quovis tempore & loco. Accedit, quod fodrum in materiâ feudali dicitur à German. Futter/quod eſt annona militaris, ſive commeatus exercitui præbitus. (D) unde in ll. Gothicis. *tit. 5. lib 5.* leudes dicuntur Vaſalli; Et indè apud Germanos feudum appellatum fuit, Feudum, ſive Lehen: *Beſold. tract. de Comit. & Baron.* forſan à Germanica voce, Leutt/quæ hominem ſignificat: quia is, qui alicujus factus

ctus eſt Vaſallus.ejus homo videtur factus: quod in noſtrá lingua vocamus deß Lehen Herren Mann: ut etiam notat *Cujac. in prolegom. feudd. & D. vult. F. cap. 2. n. 4.* (E) *Zaſ. p. 1 n. 2. & ad leg 2. in pr. n. 22. de O. I. Sonb. p. 2. n. 32 Hannet. lib. 1. c. 2.* (F) Vaſalli ſeu fideles, dicuntur ejus, à quo jure feudi rem acceperunt. Leudes, ſive Leodes: quod eſt Fracoum lingua, Ses Leaux, ou Loyaux *Obrecht. diſp. feud. prim. de etymologia feudi th. 87* (G) Complures opiniones legi poſſunt apud Rittersh. *in part feud. c. 1. q. 12.* Ex quibus omnium veriſſima nobis videtur, quam ipſe Feudiſta exprimit *2. F. 3. in pr.* per quos fiat inveſtit. *Jul. Clar lib. 4. §. feudum quæſt. 5. n. 1. in pr. Roſenth. c. 1. concl. 6. n. 3.* à fidelitate dici feudum, vel à FIDE; quæ ſane derivatio ex ipſius feudi formâ & eſſentiâ deducta, atque ipſius rei naturæ & nomini quàm optimè convenit, cùm non tantùm in ipſis libris feudorum Vaſalli fideles apellentur, ſed & omne rei feudalis inſtitutum, fidelitate Vaſalli & beneficentia Domini contineatur: *Heig. q. 2. p. 1. n. 73.* Undè noſtræ ætatis in Edictis & placitis Principum hoc Vaſallorum Epitheton ſæpenumero exſtat: Unſern lieben getrewen. Quia Domino ſuo fidem promiſſam ſervare, & erga eum in dicto & facto h. e. in ſermone & opere fideles eſſe dicunt notat *Mozzius de F. in pr. n 4.* Quod ſi hæc notatio minus forſan eſſet Grammatica, ſatis tamen eſt Logica, quàm Jcti magis curare ſolent, quam illam quia non tam vocem quà vox ejusq; derivationem aliâ voce, (ut Grãmatica facit notatio) quàm rem ipſãm atque vocem, quatenus ad mentis intelligentiam refertur & rem explicat. ſpectare ſolent. *Keckerm. in ſyſt. Log. lib. 1. Sect. poſt. c. 1.*

VII.

Undè verô Feudatarij (A) Sive Vaſalli vox originem habeat, in dubium verti poteſt: quidam Vaſallos q. vaſa & Inſtrumenta Dominorum dictos putant; quod haud probandum Vaſallos à vade (B) (quamvis barbarè, *Roſenth, c. 1. concl 6. n. 10.*) i. e., Obſide; vel à Germanico Geſell; à comitante q. Comites (C) dici probabilius eſt; vel à Gallico Vaslet, quod miniſtrum ſignificat, (D) Magis latinè etiam Clientum nomen iis tribuitur (E.)

 (A) Le-

(A) *Lexicographus Spig.* habet (B.) Quod Vaſallus à vade, tradit *Alvarott. in proœm. verſ. 7 quæro, Roland. conſil. 85. vol 4. n. 31.* inquit à Vade, i. e obligato. (C) *Clariſſ. Lind. p. m. d. exercit. 1. th. 22.* Nomen autem Comitis à comitando & ſequendo deſcendit. *L: apud Labeonem. §. Comitem ff. de injur Paurm. 2. de Jurid. c 10. n. 1.* Et comites pro varietate adminiſtrationis varia habebant nomina, ut Comites ſacrarum largitionum *t. t. C de offic. comm. Sacrar. larg:* comites rerum privatarum *t. t. C. de offic. comm. rerum privat.* Comites ſacri palatii *t. t. C. de offic. comm. ſacr. palat.* cum ſimilibus. Apud Romanos & Gallos Comites dicti ſunt, quicunque primi ordinis Viri Auguſtum in provincias proficiſcentem comitabantur, & ſacrum comitatum obſervabant; quales hodiè ſunt Conſiliarij & officiarii primarii *Don Gars Maſtrill. de Magiſtr. lib 4. c. 7. n. 8.* poſtmodùm vero moribus feudalibus Judices ordinarij & urbium præfecti dicti cœperunt *Hotom. tr de verb. feud.* apud quem de notationibus dignitatum & nominum feudalium complura vid. ſane apud Francos, cæteros que Germanos, vox comitis in genere Judicem denotabat: quo etiam in ſignificatu accipitur *in c. 1. ſi de inveſtit. inter Dom. & Vaſall. lis oriat.* Quinimò & adhuc in quibusdam Germaniæ locis, Graff/aut Grâve Judicem ſignat: ac ita nunc hodiè in Coloniâ Agrippinâ Gräff vnd Scheffen pro judice & adſeſſoribus uſurpant: quemadmodum & in Gveſtphalia Graven/oder Go Gräven habentur. Et generaliter ex veteri Saxonicâ Dialecto, Grave/niſ aliud eſt, quàm Judex. Et indè Graffen geding idem eſt quod ein gehegt oder bedingtes Gericht Sachenſpiegel *lib. 3. art. 61. Dn. Chriſtoph. Beſold. in Diſſertat. ſua de Comit. & Baromb Imperij. in vol. 5. Diſſp. Baſil.* (D) *notat.* Weſemb. *c. 1. poſt Connan. & Hotoman* (E) *1 F.* XIII. §. *Etſi Clientulus, de alienat. feud. & de content. inter D. & F. de inveſtit. feud. tit.* X. videtur accipi Clientulus pro Vaſallo *Avarott. in proœm. verſ. 7. quæro. Andr. de Iſernia in prælud. feud. n. 43. ubi cætera nomina recenſet.*

IIX.

Exhibitâ feudi notatione nominis, ulterius nobis incumbit illius definitionem aſſignare; Etſi enim Definitiones in juris capitibus, maximoperè feudalibus, periculoſæ ſunt, juxta l. omnis definitio 202. ff. de R. I.

tamen

tamen ad mentem Gerhardi & Oberti th. 12. ſuddere placet.

IX.

Novimus Feudi varias variorum definitiones extare; idq; ex F. F. ſcriptis paſsim cognoſcere licet.

*Puta Hotom. diſp. feud. 1. 4. Duaren. c. 2. feud. Zaſ. de feud. p. 1. n. 3. Sonsb. de feud. p. 1. Alvarott in c. 1. §. fin. tit. 23. 2. F Cun. Rittersh. in partit. feud. c. 3. n. 4. & 5. Weſemb. de feud. c. 1. Schrad. de feud. p. 2. c. 1. n. 3. & ſeq. Jacob. Cujac. in comment feud. Bocer. in tr. de qualit. feud. c. 1. n 1. Obrecht diſp. feud. prim. de definit. feudi th. 92. 95. & ſeqq. th. 107.*

X.

Sed ut eò expeditus procedamus præmittimus Feudi vocem trifariam accipi (1) pro ipſo Jure ſeu beneficio, (2) pro prædio in feudum dato (3) pro negotio ipſo *quod geritur inter Dominum & Vaſallum Lindm. p. m. exercit. feud. 1. th. 23.*

XI.

In Diſſertatione hac feudali, jus ipſum Vaſallo & Domino in re feudali competens, plerumque intelligimus.

XII.

Sic Feudum eſt benivola rei immobilis, vel æquipollentis (A) conceſsio, alicui ita facta ut proprietas ſive Dominium directum remaneat penes (B) Concedentem, uſusfructus & utile dominium ad accipientem, cujusque hæredes maſculos (C) tranſeat, ſub fidelitate (D) & exhibitione ſervitiorum debitorum.

(A) Salvo cujusque judicio, placitum nobis fuit, calculum noſtrum definitioni huic adjicere *Vultei lib. 1. de feud. c. 1. n. 9.* in quâ genus proximum & differentia ſpecifica, uti partes cujusque perfectæ definitionis eſſentialis ſatis accuratè ponuntur. Generis loco benivola actio ponitur, *ipſis etiam Feudiſtis atteſtantibus 2. F. 23. in fin.* Hinc eſt, quod feudum vi, vel metu extortum vel in vicem L. commiſſariæ datum, Placita feudalia reprobet: Cætera definitionis verba, feudi cauſam materialem & formalem eleganter exprimunt, Feudum quippè in re immobili aut æquipollenti, propriè conſtitui debere, *teſtis eſt* F.



tit.

*tit. 1 in fin. & tit. 23. §. fin. F. 2.* Et ſanè Dd. volunt, iſtam conceſſionẽ non modo liberam, ſed & gratuitam eſſe debere, adeò ut interveniente pecuniâ, feudum propriam naturam exuat. *arg. tit. 27. 1. F. §. Feudum enim.* (B) *c. 1. §. fin. ex quib. cauſ. feud.* (C) *c. 1. §. cum v. Corradus, de his qui feud. dare poſſunt.* (D) Fidem tandem fidelitatemvè *tit. 3. circ. fin.* aut Sacramentum fidelitatis *eod. tit. circ. fin.* jusjurandum *tit. ſeq. 4.* Hominium ſive Homagium, *interpp. Cujac. Hotom.* ut in quibusdam feudis ſervitia à Vaſallo Seniori exhibenda, ad feudi formalem cauſam pertinere, haud obſcurè colligitur. Germanicè Lehens-pflicht. Quinimò, Fidelitas de feudi ſubſtantia eſt & in hac conceſſione à Vaſallo requiritur in tantum, ut nullo pacto ea remitti poſſit. *tit. 3. §. nulla 2. F.* Neque hoc ſine ratione: ſunt enim magiſtratus & ſubditi, Dominus & vaſalli, correlata, ac eorum ſtatus connexus. *Aut.* Friedbergiſchen Regalien/ *f. 115. n. 74. & ſeqq.* Relatio autem quæ fit, debet eſſe uniformis ac reciproca. Nam ex vi Etymologiæ correlativum idem, quod ſimul relativum, *arg. l. Labeo §. Contractum ff. de V. S.* Unde quicquid de uno correlativorum dicitur, illud etiam de altero intelligendum *l. curat. ubi Dd. C. de interd. matrim l. fin. C. de reſcind. vendit. l. veteres ff. de act. empt.* & eorum jus debet eſſe reciprocum, quo quilibet alteri ad aliquid tenetur *l. 1. ff. quod q. uisq; jur.* utique, ſicut ſubditi Magiſtratum, ſic Magiſtratus ſubditos tueri debet, atque ut ſubditi itemq; Vaſalli obligati ſunt ad obœdiendum, ſic Dominus ad rectè adminiſtrandum: *Gail. 2. cap. 14. n. 13. de pac. publ. Borch. de feud. c. 8. n. 134.*

XIII.

Nam officium Vaſalli in eo potiſſimùm reſidet, ut Domino debitam reverentiam (A) obſequium tam conſilij quam ſubſidij, (B) & ſervitia (C) cumprimis militaria exhibere teneatur. *Quare, cùm in tit. XXVIII. lib. 2. F. Hic finitur lex deinde Conſuetudines regni incipiunt. §. contra omnes debet, &c. fin. expreſſè caveatur,* Vaſallum nulli ſubvenire & opitulari debere, (D) neque fratri, neque filio, neque parenti; hujusve capituli duritiem, injuſtitiam, & impietatem nonnulli accuſent (E) diſtin-

ſtinctionis remedio ceu temperamento quodam illam nos emollire conabimur, (F) capituli verba civiliter, non atrociter, prout ſonant, accipientes.

*(A) 2. F. 22. de milite vaſallo qui contumax eſt verb ſalva reverentia.* Lex fidelitatis perſonā feudi concernens & obligans conſiſtit in obſequio Reverentia, & opera militari præſtanda. *de form. fidelit. 2. F. 6. & 21. de Leg. Conr.* §. *2. 2. F. 34.* Reverentia cuivis benefactori *arg. l. 25. Sed & ſi* §. *conſuluit 11. ff. de petition. hered,* multo magis feudi collatori debetur; *In quibus cauſ. feud. amittatur in verb.* Quomodo enim Vaſallus, quam humiliter, quam devote, quam benigne, quam fideliter erga Dominum, ſuum debeat habere. *2. F. 23.* Et ſic nunquam malum, quantumvis verum, de eo loquatur, nec quicquam faciat, quo Domini fama & exiſtimatio ſugilletur, aut dignitas vel ſtatus minuatur, aut lædatur. *c. tibi Domino diſt. 63. 2. F. V. Qualiter jurare debeat Vaſall. á Dom. fidelit. Anton. Borrin tr. de feud. de cavalc p. 2. c. 1. cum 4. ſeqq.* ubi ſervitia reverentialia & obſequia tam in non faciendo, quam faciendo conſiſtentia quàm latiſſimè explicat atq; enumerat. (B) Sex in memoria ſemper habere debet, qui Domino ſuo fidelitatem i.e. jusjurandum (2. F. 4.) jurat: incolume, tutum, honeſtum utile, facile, poſſibile. Incolume: ne ſit in damno Domino ſuo de corpore ſuo. Tutum ne ſit ei in damno de ſecreto ſuo, vel demunitionibus ſuis, per quas eſſe tutus poteſt. Honeſtum: ne ſit ei in damno de ſua juſtitia vel de aliis cauſis quæ ad honeſtatem, pertinere videntur utile: ne ſit ei in damno de ſuis poſſeſſionibus Facile, vel poſſibile: ne id bonum quod Dominus ſuus facere leviter poterat, faciat ei difficile: neve id quod poſſibile ei erat, faciat impoſſibile: in hiſce ſex prædictis cautelis conſilium & auxilium Domino præſtare tenetur Vaſallus, ſi beneficio vult dignus videri, & de fidelitate eſſe ſalvus. *2. F. 5. & 2. F. 6.* (C) quorum alia ſunt determinata, alia indeterminata, *2. F. 23. circ. fin.* Determinata illa ſunt, quæ certis inveſtiturarum pactionibus definita ſunt, videlicet, ut Vaſalli uno, duobus, tribus vel pluribus equis ſe præſentent Dominis, das Lehen mit einem/zwey/dreyen oder mit mehren Pferden zu bedienen / cujusmodi debentur ex feudis conditionatis Setzlehen/ *Andr. Knich. de inveſtit. pact. p. 2. c. 5. n. 26. & ſeqq. Hinric. à Roſenthal. c. 2. concl. 65. n. 3.* Servitia de natura quidem non vero de

ſubſtantia ſunt, licet nullũ inter utramq; diſcrimen agnoſcat *Borcholt. de pact. cap. ult. n. 5. 6. & ſeqq.* proprie ſervitium reale dicitur eſſe expeditio ſive cavalcata & exercitium cavalcatum *Borrin. d. tract. p. 3. c. 1. n. 6 ſeqq. ubi de ſervitiis militaribus notabilia tradit.* Hic cadunt pulcherrimæ quæſtiones an ſervitia militaria regulariter ſuis ſumptibus Vaſalli præſtare teneantur; & nunquid Domini, ſuis Vaſallis aliquã novitatem hoc eſt nova ſervitia indebita indicere queant, ſi nihil in ſpecie convenerit? *ad priorem Reſp ex l. ſuo victu 18. & ſeqq. ff de oper. libert.* Idq; vel maximè obtinet quando intra territorium Domin9 militat *Roſenthal. c 8 concl. 24.* Qua tamen in re pacta inveſtituræ & ſingulorum locorũ conſuetudines conſiderandæ ſunt *Lindemann. exercit. feud. 3. th. 24. ad poſter* Reſp. nova ſervitia per vim et impreſſionem extorta regulariter non deberi, per ea quæ tradit *Bald. in c. 1. §. ſimiliter n. 1. de cap. Conradi* niſi hoc habeant ex pacto, vel conſuetudine illius loci in ſpecie. (D) quod ἁπλῶς verum: non tamen tenetur Vaſallus Domino ad auxiliũ in iis, quæ ſunt juri divino ſeu naturali contraria, *Vult. in tr. de feud. lib. 1 c. 10. n. 26.* non adverſus ſeipſum ordinata enim charitas, ut dicitur, à ſeipſa incipit, & in generali diſpoſitione perſona loquentis non continetur, non adverſus imperatorem, Regem, ſuperiorem non recognoſcentem *2. F. 7. De nov. form. fidelit in verb. excepto imperatore, & Rege. 2. F. 52. De prohib. feud. alienat. per Fridericum in fin.* non antiquiorem Dominum, hic enim cæteris eſt præferendus *2. F. XXVIII. § fin. contra omnes arg. l. in operis 26. ff. locati conducti. l. qu. prior ff. de Reg. Jur.* nec patriam *l. minimè 35. ff. de religios. & ſumpt. funer. Vult. c. 10. n. 31. Bald. in d. c. un de nov. form. fidelit. Cujacius vero verba in d. c. 1 contra. & patrem delenda, quæ correctio tamen meritò Hotom. diſplicet, & ab omnibus improbatur, annotante* Roſenth. *in c. 8. concl. 14 lit. a.* (F) Rem nimirum ad juris principia *l. ſi libertus ita 30. ff. de oper. libert. l. generaliter 26. & ibi Dd. com. de V. O. c. 1. ibi pro poſſe, item, prout potero de nov form. fidelit. Exod. 20.* Coloſſ. *3. v. 20. Epheſ. 6. in pr.* æquitatem, pietatem, honeſtatem reducendo *l. filius 15 ff. de condit. inſtit. l. 2. ff. de j. & J. c. un. ibi; honeſtum de form. fidelit. adverſus*, præfatas perſonas n. Vaſallus, vi juramenti quod præſtitit, tum demum Domino ſervire tenetur, quando patriam vel relligionem oppugnant cùm & jure civili potior patriæ, quam parentum habenda ſit ratio *d. l. 35. ff. de religioſ. & ſumpt funer.* Hæc enim *Cic. ait. 2. Cat.* naſcentes excipit ſinu,

vagien-

vagientes fovet præſidio, vacillantes ſuſtentat manu,& deſertos tractat nectare. Et quid non? communis hæc eſt omnium parens. Nec poteſt cognatio ulla eſſe proprior quam patria *Cic 1. de orat. Dictum. § fin.* igitur accipiamus de auxilio, præſtando Domino non offendenti alium, ſed qui ipſe læditur,& offenditur injuſtè à prædictis perſonis, quæ injuſtc alium offendentes, hoc ipſo cum agant contra jus naturale, quo hominem ab homine beneficio affici potius, quam offendi & lædi æquum eſt, indignæ quoq; cenſentur beneficium juris naturalis expectare *Vult. c 10. de feud. n.* 33. In ſumma defendendus eſt Domin9 adverſus injuſta patris arma *arg. l. 3. ut vim. ff. de J & J.* cum Domino vero oppugnandus, ſi hoſtis & proditor ſit patriæ, Chriſtianæq; religionis. Unde illud lumen ac flumen Romanæ Eloquentiæ *Cic. lib. 3. offic.* Quid, inquit, ſi tyrannidem occupare, ſi patriam prodere conabitur pater? ſilebit ne filius? immo verò obſecrabit patrem ne id faciat: ſi nihil proficiet, accuſabit, minabitur etiam: ad extremum, ſi ad perniciem patriæ res ſpectabit, patriæ ſalutem anteponit ſaluti patris. Hiſce & alij noviſſimè & eleganter adſtipulantur feudiſtæ.

XIIII.

Cæterum haud temere nec inexploratè hic controverti poteſt, nunquid feudum ſit contractus nominatus, & qualis? Et contractum nominatum (A) eſſe, poſt varios opinionum fluctus tandem obtinuit-

(A) *Ita tenet Bart. in l. jurisgentium §. quinimo poſt num. 19. ff. de pactis, & Jul. Clarus lib. 4. §. feudum quæſt 6. n* 1. & eſt communis ſententia, feudum eſſe contractum nominatum, neque in eo habere locum pœnitentiam, neque revocationem juxta FF. opinionem. Habet enim ſingulare nomen, & formam à cæteris contractibus differentem; Quippè, cùm conſiſtat circa juramentum fidelitatis & circa inveſtituram *Curt p 1. quæſt. 4. de feud.* quia inventum *poſt LXII. tab.* ſubtitulo proprii nominis, ſub ſingularib9 conſuetudinibus & naturis, quas alius contractus nullas habet. Quia ſi Dominus abuſivam inveſtituram faciat, ad tradendum cogi poteſt, adeò ut nec præſtatione ejus, quod intereſt, liberetur *tit. 7. § fin. & 26. §. ſi facta 2. F.* Quod ſecus eſt in contractu innominato, in quo licitum eſt pœnitere *l. 5 § 1. de praeſcript. verb. l. 4. C. de rer. permut.* Et ſi feudum ſub alio nomine contra-

ctus

ctus nuncupatum eſſet, non per hoc deſineret eſſe feudum: quoniam de jure haud debet res regulari ſecũdum naturam contractus, ſed ipſe contractus debet regulari ſecundum naturam rei deductæ in ipſo cõtractu *l. ſtipulatio iſta 38. § ſi quis ita ff. de V.O.* habet autem hic contractus, ſua tum ſubſtantialia, tum naturalia. Subſtantialia ſunt, ex quibus natus eſt, & ſine quibus eſſe non poteſt. Naturalia verò, proprietates ei jure communi inſitæ, dicuntur. *Clariſs. Domin. Arumæus in diſp. feud. 1. th. 29.*

XV.

Rurſus diſcrepantes ſuboriuntur ſententiæ, an bonæ (A) fidei, an ſtricti juris ſit? Verum inter contractus ſtricti juris (B) ſimpliciter connumerari, magis probabile ac rationabile erit.

(A) Quæ & Syncera fides dicitur *in l. 2. C. ſi propter public. permut vendit. fuer. celebr.* (B) Contractum eſſe ſtricti Juris ſatis abunde demonſtrant *Dd. in l. 3. §. hæc verba ff. de negot geſt.* quia introductus eſt ad conſuetudinem quæ ſtricti juris eſt. *Jul. Clar. citato loco in fin. Hinr. à Roſenthal. c. 1. concl. 5. n. 2.* Strictè enim hoc jus interpretandum, & verba propriè, prout jacent, intelligenda ſunt, nec aliquid extrinſecum (ut loquuntur) ſub intelligendum eſt. Quia actionem quæ ſtricti juris eſt parit, nihil autem tàm naturale eſt, quam unumquodque ut ſibi ſimile generet, *arg. l. 1. §. jus naturale ff.* de I. & I. *l 14 ff. de ſtat. hom. l 117. ff. de V. S.* ubi filius patri ſimilis præſumitur; & cauſatum debet ſapere naturam ſuæ cauſæ (2) pacta non ſemper extenduntur de perſonâ ad perſonam, vel de re ad rem *l. 27. §. 4. pacta ff. de pact.* conſuetudo autem eſt tacita conventio *l. 32. ff. de ll.* (3.) *quia in §. actionum 28. I de Act. non exprimitur. ubi omnes bonæ fidei contractus enumerantur.*

XVI.

Quamvis feudum propriè contractus non ſit, ſed jus *(ut ſupr. th. 11)* quod per contractum conſtituitur, dum ſcilicet Dominus id per inveſtituram cedit; tamen ceſſio eſt datio, quæ fit ea lege, ut, qui accipit, fidem & obſequium danti ſemper exhibeat. *Clariſs. Arumæus diſp. feud. 1. th. 23.*

Fud.

Feuda Nobilia ſive Regalia, quæ à Principe conceduntur, non contractus; Sed pactiones publicæ nuncupantur; & ſi feuda inferiora, multo minus: *vid. diſſert. 14. Beſoldi in vol. 5. Diſp. Baſil.* Contractus rem privatam, & familiarem, in venalitiariis negotiationibus, ſive aliis commerciis, exiſtentem concernit, *l. jurigentium 7. §. 14. Si paciscar. ff. de pact. l. 83, §. ſacram vel religioſam ff. de V. O.* Feudum autem clientela eſt potiſſimum ad caput & ſalutem Senioris, vel utriusq; potius inſtituta, quæ conventio in eorum negotiorum numerū, quæ contractus appellantur, non cadit. *Addit rationem Jct. allegando legem actionum 25. §. 1. de O. & A.* ex quâ cognoſcitur, contractus lucri & negotionis cauſâ fieri, à quo feudi natura abhorret; quia feudum propriè non eſt, niſi beneficium ſit, & à liberalitate proficiſcatur 1. F. 27. Contractus enim abinitio ſunt voluntatis, poſtea v. neceſſitatis *l. ſicut 5. C. de O. & A.* Ad feudum refutari, id eſt, remitti & reſtitui Seniori, etiam invito poteſt. 2. F. 38.

XVII.

Ad diviſionem quod attinet, quæ rem claram & apertam reddit, & ut diviſa melius accuratiusve intelligantur efficit, ordinis ratione exigente commodè feudorum diviſionem principalem ac popularem cum *Curt. Junior. & Matth. Weſemb.* ſubjiciemus.

XIIX.

Hi enim genera Feudorum, miſsis aliorum prolixis diviſionibus, principaliter in duo diſpeſcunt & diducunt: utputa in feudum proprium, habens propriam naturam feudi, quod ſuprâ definivimus; & feudum improprium, non habens propriam naturam feudi; cujus definitio in doctrina contrariorum per ſe ſatis patet, *ex tit. 48. & 81. lib. 2. F.*

Contrariorum eandem, eſſe diſciplinam *glo. & Dd. in rubr. de acquir. poſſeſſ. oſtendunt*; ideo ad poſitionem unius, ſequitur remotio alterius *l. ſi inter 15. ff. de except. rei judic.*

XIX.

Porrò, feudum conferunt ij omnes, qui liberam

 rerum

rerum ſuarum adminiſtrationem habent, rationis cõpotes ſunt, & animi ſenſa exprmere (A) valent, tam Seculares (B) quam Eccleſiaſticæ perſonæ (C)

(A) *arg. l. in negotiis ff. de R. J l. 1. ff. de tutel. § 1 I. eod. tit.* (B) Seculares in dandis feudis multo ſunt liberiores, quàm Clerici; quippè, quod illi rerum quas habent, ſint Domini revera; hi adminiſtratores magis rerum, quarum Ecclefia Domina eſt *Vult. c. 4. n. 13.* De pontifice Romano ratio dubitandi eſſe poſſet, utrum ille abſolutam ſine ulla diſtinctione, & liberam conferẽdi feuda poteſtatem habeat, *cum in tit. 1. ejus nulla mentio fuerit facta inſuper jus feudale pontificis per rarò meminerit, excepto tit. 6. lib. 1 & 100. extraordinario* 2. *Reſpondet Baldus in tit. præall.* 1. *n.* 2. *& dicit.* quod Papa ſe vocet Epiſcopum, quo innuit ſatis de eo expreſſum cenſeri, cùm Epiſcopi mentio ibidem fiat, cui & eſſentitur *Alvarot. ac reliqui* F.F. Num verò Pontifex Romanus juſta atque legitima tituli aſſignatione primas in ordine Eccleſiaſticorum vindicare, poteſtatemq; in ipſos Impp. atque omnes Chriſtiani Orbis principes ſibi arrogare poſſit, de eo diſceptatur inter noſtrates & Cathol. ſcribentes: nec jure feudali nec Civili, nec Decretis convenit *Zaſ. p. 5. de feud. n. 44.* Quod tamen de facto magis fieri, quàm jure ullo, omnium ſaniorum Theologorum ac Politicorum ſcriptis, & tàm ex verbi divini indubitatis fundamentis, quàm Juris Canonici purioribus decretis probari, conſtat. (C) Proximo à Pontifice gradu ſunt legatus de latere Patriarchæ, Archiepiſcopi, qui omnes in feudum dare bona Eccleſiaſtica poſſunt, pariter ac Epiſcopi, Abbas Abbatiſſa, præpoſitus, 1. F. 1. Ea tamen tantum, quæ ante infeudari ſunt ſolita, quo caſu procul dubio refeudari poterunt, ſive Eccleſiaſtica, ſive ſecularia fuerint.

XX.

An autem præfatæ perſonæ Eccleſiaſticæ ſuis conſanguineis, & Agnatis, perindè ut extraneis poſſint dare beneficia diſceptatur? Et poſſe, ſi perſonis dentur honeſtis, & Eccleſiæ non oneroſis, obtinuit.

XXI.

Ratione rerum feudalium, Feudum aliud eſt (A) Eccleſiaſticum aliud (B) Seculare. Illud eſt quod in re Eccleſiaſticâ; hoc, quod in re ſeculari conſtituitur.

(A) Ec-

(A) Eccleſiaſticum, vernaculâ linguâ Germanis dictum ein krumſtäbiſch von krummen Stab herrühꝛendt/oder krumbſtabs Lehen/quidam definiunt, quod ſit tale feudum, quod Eccleſia vel perſona Eccleſiaſtica poſſidet, licet in re ſeculari ſit conſtitutum, *Schrad. p. 2 c. 3. n 17. Sonsb. p. 3. n. 5. fundamentis tit. 1. 6. F. 1. & 35. 40. § fin. 2. F.* Utuntur enim Epiſcopi & Prælati curvo baculo quod præditi ſint poteſtate coarctata, quàm deſignat baculi inflexio ſeu curvatio *Andr. Knich. de pact. veſtit. p. 1. c. 4. n. 34.* alias Scepterlehen / à noſtris itidem vocari conſueverunt, *ubi patet ex text. in ſpec. Sax. lib. 3. art. 60. ubi dicitur:* Der Keyſer ſoll leihen allen Geiſtlichen Fürſten mit dem Scepter/vnd allen Weltlichen Fürſten mit dem Fahnen & *gl.* in Sächſ. Lehen-Recht. *c. 20. in f. pulchre cujac. 3. feud. t. 11. Gerlac. Buxtorf. in c. 5. A. B.* CAROLI IV. *th. 69. lit.* A.

*Quum Sceptro Princeps regalia præſtet eburno.*

Olim quidem Impp, noſtri de ipſis dignitatibus Eccleſiaſticas perſonas per annulũ & baculum inveſtiebant: Sed poſtmodum Hinrico V. tranſactio extorta eſt, per quam is omnes quidem Epiſcoporum & Abbatum inveſtituras, per annulum & baculum fieri ſolitas, pontifici ceſſit: ſibi verò reſervavit, quod in Epiſcopos & Abbates electi, inveſtituras regalium ſuorum per ſceptrum ab Imp debeant & teneantur recipere *Crantz. lib. 5. Saxon. c. 42. Dn. Gerlac. Buxtorf ad A B. cit. loc.* Hoc verô Eccleſiaſticum feudum non ex perſonis conferentibus vel accipientibus, ſed ex rebus æſtimari apparet *ex tit 35 & 40. de cap. Corrad. §. fin. 2. F. & arg. Novell. 7.* (B) *Zaſius p. 2.* W*eſemb. de feud. c. 2. n. 3. Schrad. p. 2. c. 3. n 17. & ſeq. Vult. 1 F. 8. c 19. Schneid. p. 1. n. 50.*

XXII.

**Inter ſeculares omnium primò feudum conferre poteſt imperator non recognoſcens ſuperiorem, ut corporalis mundi Dominus, eminens ſuper omnes, tanquam ſtella matutina in medio nebulæ meridionalis: *Clariſſim. Dn. Præcept. Matth. Steph. JCt. lib. 2. c. 1. n. 49. de Juriſd.* à quo ſolo tanquam fonte fluunt Juriſdictiones & nomina regalium harum dignitatum *Bald. ad c. 1 quis dicatur Dux, Marchio, vel Comes.***

Inter ſeculares omnium primum occupat locum Divus Romanorum Imperator, de quo dicitur, quod caput ſit ſecularis Juriſdi-



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn731832159/phys_0023
DFG

ctionis, & omnium magiſtratuum cauſa prima *arg. l. 57. in fin. ff. de re judic. Aurea Bulla Caroli IV. c. 2 & paſſim. Juſt. Mejer. in diſſ ad L. deprecatio 9. ff. ad L, Rhod de jact th. 4. lit B.* Et cœleſtem Imperatorem terrenum Imperatorem imperij pluris feciſſe, quàm terrenos & mortales homines, ſatis ſuperquè tùm indubitatis ſacræ Scripturæ tum profanis comprobari poteſt teſtimoniis. (1) Quippè, quũ in matris clauſus adhuc eſſet utero, & promulgaretur Cæſaris Auguſti Edictum ut univerſus mundus deſcriberetur, in Bethlehem civitatem properavit. & una cum Virgine Mariâ matre & Joſepho Cæſaris Imperio parere voluit *Luc. 2.* Cæterùm Chriſtus ſalutiferam Evangelij doctrinam ex limpidiſſimo ſalutis fonte promanantem, publicitus in Synagogis profitens, Cæſaris itidem mentionem fecit; & quod magis, de ejus cenſu cenſuit ſanxitq; *Matth. 22. v. 22. Marc. 12 v. 17. Luc. 20. v. 25.* (2) Quis unquam Regum aut Principum â conſtitutione mundi, usque ad hæc ultima divinæ patientiæ tempora, cum rei veritate meritiſſimaq; laude ſuum honoris titulum ita literis præfigere & poſteritati tradere auſus eſt, ut P. F. I. V. ac T. S. A. i. e. Pius Felix inclytus Victor, ac Triumphator ſemper Auguſtus? quæ literæ quondam Imperatoriæ Majeſtatis ſcriptis præponi ſolebant, *ut patet ex proœm. Inſtit. Imp. primâ fronte l. 2. C. de Offic. præf. prætor. Afric.* Item vocatur ſacratiſſimus Imperator; undè etiamnum ſacrum Romanũ Imperium dicitur, Das Heilige Römiſche Reich / ut patet ex Receſſibus Imperij, vulgô Reichs Abſchiede. *vide l. Titia Seio 87. §. 4. ff. de legat. 2.* Sanctiſſimus ſummus *cap. Clericos 21. diſt Nec fruſtra in l. ſcimus 22 §. 1. C. de jur. delib.* Relligioſiſſimus & Sacratiſſimus audit; *in l. 3. Quærũ ff. de natal. reſtit.* Nobiliſſimus: (3) Coronatur enim coronâ ferrea, argenteâ & aurea cum ſummâ pompa, *Hiſtoriographus Dreſſer. in Orat. de 4. Monarchiis* (4) quis unquam verè gloriari potuit de tot bellicis ſudoribus & de Barbaricis Gentibus domitis ut de Imp. Rom. *in proœm. Inſtit. in d. l. 2. in nomine Domini pr C de offic. præf. præt. Affr. & paſſim in C. & Authent.* magnificè recenſetur (5) Quis unquam in Feudis, Regalem dignitatem annexam habentibus auſus eſt ſuccedere juxta Imperij capitulationes, niſi de novo per inveſtituram Imp. illud ipſum ſibi acquiſiverit, *tit. 14. de feudo Marchiæ. vel Ducatus vel Comitatus.* (6) Idem ex approbatione omnium Regum & in orbe dominantium comprobatur qui ultro Imperatori ſummum dignita-

ti

tis gradum deferunt. Eum etiam Imperij Romani, & totius Orbis Chriſtiani hoſtis infenſiſſimus & Hæreditarius Turca, R. A. zu Regenſpurg *de Ann. 1532.* §. der halben ChurFürſten/&c. Monarcham Orbis Chriſtiani agnoſcit & uſitato ſtylo tali affatur titulo: Aus den Potentaten Jeſu der fürnembſter/vnd zwiſchen dem Geſchlechte Jeſu erwöhlter fürnembſter Herr aller Chriſtlichen Völcker/ein Verſorger vnd Adminiſtrator der Gerechtigkeit/vnſer Nachbahr vnd guter Freund. *Ampliß. Dn. Theodorus* Reinking/*in diſput. de brach. ſec. th. 15.* (7) à Promulgatione LL. (8) ab unanimi omnium Chriſtianorũ ſuffragio atque aſtipulatione (9) Dantur illi Sceptra, Regale, Solium, corona, pallium regale, pomum orbis figuram repræſentans. (10) à conſenſu omnium Germanorum Teutonicis rhythmis Cæſaream majeſtatem, ſummum S. R. Imp. Romano-Germanici Antiſtitem proclamantium, deque legitima tituli aſſignatione gratulantium: prout nonnulli extant typis excuſi ſub hac forma:

In dem Weltlichen Regiment
So weit ſich die Chriſtenheit lendt/
Den höchſten Standt vnd Sitz in hat
Römiſch Keyſerlich Majeſtat.

Hæc omnia ita eſſe, nullus ratione præditus erit, qui inficias eat. Eſt tamen aperti juris, ideo libertatem nõ nuncupari licentiam quidvis faciendi, ſed tantum ea, quæ jure non prohibentur *ut dicit JCtus in l. 4. ff. de ſtat. homin.* §. 1 *I. de perſon. jur. & licet Impp.* plerique vi & ambitu magis, quàm ullo jure imperium Romanorum adepti ſint, & Lege Regiâ, quam vocant omnimodam poteſtatem ſibi arrogârint: tamen illius legis fragmenta, tum in libris, tum iu Romanis inſcriptionibus ſatis illuſtrant, Reipubl. curandæ & adminiſtrandæ, non evertendæ pro arbitratu, & per tyrannidem opprimendæ facultatem conceſſam illis fuiſſe *Brut. in vindic. contra Tyrann. p. m. 150. Dn Bruning. in diſp. de homag. ſubject. th. 168.* Tum, quod natura adminiſtrationis, Reip. Imperium legi & Juſtitiæ ſubmittat, quemadmodum conſtat ex ſuperius allegatis, *& l. digna vox C. de LL. l. 2. ff. eod. tit. arg. l. 3. C. de teſtam. cum ſimilibus nec non ex vulgaribus hiſce verſiculis.*

Haſtu Gewalt/ſo richte recht/
Dann Gott iſt Herr/vnd du biſt Knecht.

*Althuſ. polit. c. 38. n. 123. Dn. Johan. Bruning. in diſput. de homag. ſub. th. 168.* cui benè convenit Regula *aul. polit. Duri di p. ſcolo*:

*Si places Chriſto, facilis jactura potentum eſt;*
*Latius imperium Cæſare Chriſtus habet.*

Cæterùm Judæ & Iſraelitarum Reges ac principes, quam diu in mandato divino conſtantèr perſtiterunt, ex certis ll. jus dixerunt, regnum conſtituerunt, idem propagando ad poſteritatem devolverunt, per celebriterq; illud geſſerunt, *prout David 2. Sam. 7. Aſſa. 1. Reg. 15. v. 11.* Joſaphat *1. Reg. 22. v. 43.* Hiskia *2. Reg. 18. v. 13. &c.* Si autem exorbitarunt,, & à vero Deo ſponte ſua deſciverunt, juſtitiam adminiſtrandam neglexerunt, immorigeriq; extiterunt, prout Jerobeam *1. Reg. 12. & 13. & 14.* Nadab. *1. Reg 15. v. 25.* Baeſa *1. Reg 15. v. 34.* Achab *1. Reg 16. v. 30.* &c. Statui & publico commodo non exaltationem, ſed multò magis everſionē attulerunt, quorum itidem regimen brevi ad interitum & ruinam verſum eſt.

XXIII.

**Reges quoque Romanorum, (A) imò & alij qui ſe vel plane ab Imperio avulſerunt, vel etiam certo tantummodo pacto (B) agnoſcunt Imperatorem, collationem feudorum habent, quia in ſuo regno jure ſuperioritatis utuntur (C) nec ſuperiorem agnoſcunt ut ſunt Hiſpaniæ (D) Galliæ (E) Angliæ, (F) Daniæ (G) Sueciæ (H) &c. Reges.**

(A) *Andr. de Iſernia lib. 1. c. 1. n. 10.* Quicquid autem de Imp. ſcribimus, idem de Rege Rom. & vicariis intelligimus, cenſetur enim Rex Romanus unum cum Cæſare habere tribunal *c. non putamus de conſuet. in 6.* nec appellatur ab uno ad alium *c. Romana de appell. in 6.* Imperatore abſente omnia facere poteſt, quæ ipſē præſens faceret *arg. l. 2. C. de offic. ejus qui vicē alicujus Jud majora etiam imperij feuda cōcedit A. B. t. 5. vid. diſp. Hanſm. de monet.* Inde fit, ut quæcunque Juriſdictio in Theatro Romani Imperij, quod ſummi principis territoriū per prius ſic dicitur, *Knich. d. tr. c. 1. n. 188.* exiſtit. ea vel Principis Romani eſſe, vel ab eo manâſſe præſumatur, *Ant. Fab. in C. rerum in Sabaud. Jud. lib. 3. tit. 12. defin. 18. n. 1.* Cùm ejus ſolius ſit, ut cætera, ita territorialem ſuperioritatem hanc & poteſtatem concedere & conferre

ferre, ut modo indicatum, & latè demonſtrant Gœdd. & alij inprimis *Tob. Paurmeſt. tr. de jurid. lib. 2. c. 8. per tot.* (B) *Clariſſ. Lind. exercit. feud. 1. th. 65.* (C) *Scrad. p. 4 c. 1. n. 45. Clariſſ. Arumaeus diſp. feud. 3. th 12.* (D) Multi Regem Hiſpaniarum Monarcham ac nullum ſuperiorem agnoſcentem faciunt, quorum numero ſunt *Joan de Redin. de maj. prin. verb. Imperatoriam Majeſtatem n. 37. & Guilielm. de Montferrat. de ſucceſſ. Regn. dub. 1. n. 40. Anton. Hanſman in reſol de remonet. th. 7. lit. F. Dn. Cluten. citato loco lit. c. confer. Thom. Lanr. JCt. in diſcurſu inſigni de L. Regia th. 49. & in oratione pro Hiſpaniâ prolixius p. m. 233. Dn. Bruning loc. cit. Sect. 2. th. 243.*

(E) Galliæ Regem non recognoſcere ſuperiorem alij ſcriptores atq; Hiſtoriographi diſcurrendo, probare conantur quos *quos ſingulos recenſet Clariſſ. Dn. Cluten. Anteceſſor Acad. Argentin. in ſyll. rer. quotid. th. 10. lit. B. Atq; Clariſſ. Dn. Johann. Bruning. JCt. Mindan. in diſputatione ſua pro gradu Baſiliæ habita de homag. ſubject. vulgò* Erb- vnnd Landshuldignngen/ *&c. Sect. 11. th. 244.*

(F) Nec minus ſummâ gaudet poteſtate Rex Scotorum hodiè & Britanorum; aut alius Monarcha ſive Rex minor, quàm vel Hiſpaniarũ Rex, Abiſſinorum, Tartarorum aut Turcarum Impp. Summa enim poteſtas, neque locorum intervallis, neque numeroſâ provinciarum multitudine definitur. *Thom. Lanſ. JCt. Tubing. exim. in inſigni ſuo diſcurſu de L. Regia th 49.* Regnum Scotiæ & Angliæ olim dicebatur, Britannia; & unicum ſaltem habuit Regem *cum Ann. Chriſti 449.* Martiano & Valentiniano Impp. à Danis & Saxonibus opprimeretur; Witebernus Rex Anglo-Saxones ſive Nortmannos, Pomeraniam tum occupantes, vocavit, qui ſe de populatoribus iſtis oppoſuerunt, & nomine Britannorũ Imperium ità occuparunt, ut ipſi parti Auſtrali, (unde nomeu Angliæ) Scoti verò parti Boreali (unde Scotia) imperarent, *Chron. Carion. lib 4. p. 617. n. 20.* Jacobus Rex Magnæ Britanniæ in diſſolubili vinculo ita univit, ut ex univerſa Britaniâ unũ formaret corpus imperiumvè. *Alb. gentil. diſput. de regal. 2. Hanſm. cit. loc. lit. g. Dn Clut. praeall. loc.* (G) Daniæ Reges qui licet ſummâ, perfectâ & illibatam non habuerint poteſtatem, quando Germanis Impp. fidelitatis juramentũ præſtiterunt: *Gothofr. Monach. ad annum 1162. Albert. Krantz. lib. 6. Daniæ. c. 17.* clientelæq; Imperij ſubfuerunt *Abb. Stadenſ. ſub anno di*

&-

*Kop.158.* à Friderico Imp. I. inveſtiti, *Ritterſh. in orat. de Frid. 1. quam præmiſit partit. feud.* Hodiè tamen non ſolùm quoad Danicam, Reichs Abſchied zu Speyr *Anno 1542.* Dieweil aber zu dieſem guten Vorhaben. *Ritterh. d. loco Cothm. in præf. tom. 1. Conſil Beſold. d. loc. c. 2. n. 6.* Verum etiam Norvvegiam, *Marta de jurisd. c. 26. n. 61.* & provincias Islandiæ & Gronlandiæ, nullum ſuperiorem (excepto Holſatiæ Ducatu, cujus reſpectu Imperio ſubſunt *d. §.* Dieweil ibi: Als zum theil auch des H. Reichs Verwandt Mitgliedt. *Hering. d. c. 7 n. 577. Andr. Gail. de arreſt. c. 6 n. 16.*) agnoſcunt. *Clut. in ſyſt. rer. quotid. Hanſm. lit.* K. *Bruning. th. 246. dictis locis.* Sed floret Regni & Regis Daniæ Majeſtas atque florebit. *Clut. d. loc.*

(H) Regiæ majeſtatis Sueciæ ſuperioritatis præeminentia, paſſim in univerſâ Germaniâ atq; exoticis regionibus nota eſt; *Laurent. Kirch. in conſ. germ. 4. conſil. 17. n. 28. de quâ Autor in exegeſi hiſtorica regni Sueciæ, p. 5.* Regnum Sueciæ inquit: non tantum peculiaribus gaudet ll. ſtatutis, Regum deſignationibus, & jurisdictionibus, poſtquam fidei ſincerioris illi radius illuxit; verùm etiam liberâ quondam Regis pollebat electione, ſive Ordines alieni genam, ſive indigenam regio collocare faſtigio decreviſſent, obligatione injunctâ: ut ſubditorum demandatam multitudinem numeroſam ab injuriis & violentia tueretur, pro virili gravaminibus, atq; legum, conſuetudinum priſcarum, conſtitutionum legitimarum privilegiorumq; quàm maximè ſtuderet vigori atque obſervantiæ, velut in aliis probè ordinatis conſuetudine receptum conſpicitur regionibus.

XXIV.

**Et hi duplicia feuda concedunt; Nobilia ſivè majora, quæ ſunt Regalia; & ignobilia ſive minora, quæ non (A) Regalia. Regalia (B) dantur Ducibus; (C) principibus (D), Marchionibus (E) Comitibus (F) Baronibus (G), qui in genere Capitanei Regni (H) appellantur, In ſpecie verò à Ducatu, Marchionatu, principatu, comitatu, Baroniâ five Baronatu, quibus (I) inveſtiuntur, ſic nominantur.**

(A) *Arg. tit. 14 pr. F. 1. tit. 34. pr. F. 2. Bocer. tr. de diff. feud.*

*feud. c. 3. n. 11.* (B) κατ' ἐξοχὴν & per antinomaſian à vocabulo Regis appellantur, quia propriè ſoli Regi competunt, qui in jure pro Imperatore accipitur *c. 1. §. notandum. de his qui feud. dare poſſ. c. 1. ſ.* Quibus *de conſuetud recti feud.* Nam & moris eſt, ut prius creetur Rex Rom. ac poſteà Imp. inauguretur, *juxta A. B. Caroli IV. Hinr. à Roſenth. c. ſ. concl. 1.* Eſt enim feudum Regale, *ut Nicol. Motzius de diviſ. feud. n. 42. & Clariſ. Vult. p. m. lib. 1. de feud c. 8. n. 10. definiunt*, feudum Nobile, ſupremi Principis authoritate conceſſum cum dignitate Regali; cujusmodi dignitas eſt, Electoratus, Ducatus &c. Germanis dictum Fahnlehen. *A. B. tit. ſ.* quorum inveſtituram & collationem, ſoli Imp. vel Regi Rom. ſpecialiter reſervari, *ſcribit Buxtorfius in A. B. Caroli IV. concl. 68.* Hæc autem feuda, noſtrate linguâ propterea Fahnlehen dicuntur; quod de his feudis Regni Capitanei inveſtiantur cum vexillo *in Spec. Saxon. lib. 3. art. 59. & 60 & d. Ord. Regim. de Anno 1521.* §. Und behalten uns vor die belehnung der Lehen und Regalien der jenigen/ die ſie unter den Fahnen offentlich mit ſolenniteten pflegen zu empfahen/ *teſte Ludolph. Schrad p 2 feud. c. 3. n. 6. Boeer. de inveſtit. c 3. n. 129. & de Regal c. 2. n. 59. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 3. n. 7. Roſenth. de feud. c. 2 concl. 1. n. 4. Vult. de feud. lib. 1. c. 8. n. 10. Gerlac. Buxtorf. dict. loco lit. b.* & alibi paſſim; hanc tamen ſolennitem inveſtiendi cum vexillis ante paucos annos teſtatur abiiſſe iu deſuetudinem, *Andr. Knich. de jur. territor. c. 1. n. 330. de Saxon. non prov. jur. verb. Ducum, c. 4. n. 55. Dn. Matth. Steph. de juriſd. lib. 2. p. c. 6. n. 49. & Gothofr. Anton. diſp. feud 1. th. 6. lit. d.* de quâ deſuetudine tamen adhuc dubitat. Buxtorff. loc. cit. complura vid. apud eundem. Et Carolum V. Mauritio Electori non vexillum, ſed enſem tradidiſſe, illâq; ceremouiâ illum quaſi in poſſeſſionem miſiſſe, *narrat Sleid. lib. 20. p. 625.* niſi propter officium Electorale, Archim arſchalli nimirùm, hoc factum eſſe dicamus. (C) Duplicatâ habent Duces dignitatem, qui præter titulum Ducis uſurpant & habent titulum Principis; ut puta Die Hertzogen zu Mecklenburg/ Fürſten zu Wenden/ &c mei Clementiſſimi Domini, Sic Pommeranorum Duces die Hertzogen zu Stettin/ Pommern/ Caſſuben und Wenden/ Furſten zu Rügen/ &c. qui Duces quoad originem & vocis alluſionem, à ducendo exercitu dicti, *Iſid. 9. Etymol Zaſ. de feud. p. 5. n. 6.* Noſtri ſunt Hertzogen/ à dictione Germanicâ Herr/ quæ exercitus eſt,

D & ziehen

& ʒiehen/Latinis eſt ducere *Vult. lib. 1. Feud. c. 4. n. 14.* Propriè enim Dux repræſentat eum, qui ſtrenuus & rei militaris peritus, aciem inſtruit, caſtra metatur, & exercitum ducit: *Bodin. 3. de Republ. c. 2: in fin.* Quantum vero ad rem noſtram attinet, Nobis Dux ille dicitur, qui de Ducatu à Principe ſupremo eſt inveſtitus; ſive cui Princeps in beneficium regionem, quæ Ducatus nomine venit, unà cum ſuperioritate territoriali conceſſit *c. 1. Quis dicatur Dux Sonsb. de Feud. in tit. qui feud. dare poſſ.* ex iſtis Ducibus primarium poſt Electores tum Eccleſiaſticos, tum Seculares, obtinent locum Archiduces, *Vult. de feud. cit. loc. Clariſſ. Cluten. in Syll. rerum quotid. th. 20. lit. c.* quales ſunt tantummodo in Auſtriâ, *Sixtin. de Regal. c. 4. n. 30.* undè die Ertʒ Herʒogen von Oeſterreich vocantur, *de quorum dignitate & privilegiis vid. Ampliſſ. Dn. Reinking. in tract. de Regim. ſecul. & Eccleſiaſtic. lib. 1. cl. 4. c. 10. Anton. Hanſm. dict. loc. th. 10. lit. e.* Habentur etiam, non tamen in Germaniâ, Magni Duces, Groß Herʒoge/qualis eſt in Italia Dux florentiæ, der Groß Herʒog von Florenʒ. Item magnus Dux Muſcoviæ, Groß Fürſt von der Muſcow; Magnus Dux Lituaniæ; Magnus Cham der groſſe Cham/& alij, *de quibus Dn. Matth. Steph. de jurid. lib. 2. p. 1. c. 6. n. 82.* (D) Non tamen oblivioni tradendum eſt principis nomen Germ. Fürſt/eſſe polyſimon, & quibusdam in ſpecie attribui, utpote (1) Imperatori *l. 31. ff. de ll.* (2) Omnibus Principibus, etiam Marchonibus, Landgraviis, Palatinis, Burggraviis & comitibus Principalibus, ſicuti communis uſus comprobat. (3) omnib. jura Principis habentibns; quo caſu etiam Comites &c. nomine Principis, veniunt, R. A. *Anno 1548.* §. Wiewol auch in der Regierung/ (4) ijs, qui alium titulum, præter nomen Principum non habent; in quâ ſignificatione nos loquimur, quales ſunt in imperio Romano-Germanico Principes Anhaldini, Fürſten von Anhalt; & Sabaudus, qui reſpectu pedemontanæ regionis ſe tantûm Principem Pedemontium appellat: *Sixtin. de Regal. c. 4. n. 26.* (E) Marchiones, à Marchia cui præſunt, ita appellantur. Marchia vero nihil eſt aliud, in vernaculâ noſtrâ linguâ, quàm Marck, undè Gemarckung/ Marckſtein/ Marckſcheiden; quo etiam pertinet Jus Limitum Marckrecht; & indè Marchiones dicti, Marchiones ceu Duces ac tutores limitaneos, conſtituit *Hinric. 1. Auceps Saxo A. C. 920. referente Glaſero in Syngramm. biſtor. p. 115.* vulgò Marck Graffen. Talis eſt

Mar-

Marchia Brandenburgenſis, quam in 4. partes rectè dividi exiſtimat *Jodoc. Willich. in Tac p. 1. c 10.* juxta Albim, ubi eſt antiqua; juxta Suevum ſeu ſpravum, ubi eſt media; juxta Viadrum, ubi eſt Nova; & denique juxta Ucanum lacum prægrandem, ubi eſt Ucaria Marchia *Knich. d. tr. c. 4. n. 137. & ſeq* Item, talis eſt Marchia Miſniæ, Marchia Styriæ, Marchia Moraviæ, & Marchia Badenſis, *de quib: Dn. Matth. Steph. de juriſd. lib. 2. p. 1. c. 6, n. 92.* Nobis autem Marchio is dicitur, qui de Marchiâ eſt inveſtitutus ab Imp. cum Regali dignitate & omni territoriali ſuperioritate, *tit. 10. F. Quis dicat Dux &c. & ibi afflict. n. 66. Heig. illuſtr quæſt. 2. n. 55. p. 1. Dn. Matth. Steph d. c. 6.* Qui Principes in ſpecie comites palatini, vulgò Pfaltzgraffen/ vocantur, fuerunt olim Judices Palatij Cæſarei, pro tempore Cammer oder Hoffrichter. *Vult. de feud d. c. 4. n 14. Nardeim. ann. de jur. princip. concl. 15. lit. f. tot. tit. C. de Offic. com ſacr palat.* Dicti ita olim Comites Palatini ſive ſacri palatij, à palatio ſeu ſede Imperatoriâ in conſtit principum *l. unic. C. de palat. lib. XI. l. ex aula C. de privil. eorum, qui in ſacr. palat. milit. lib. XII l. 1. C. de offic. rect. provinc.* Imò Comites Palatini, qui ſunt ad Rhenum, ad tantam eminentiam ſunt evecti, ut jam inter ſeculares Electores poſt Regem primas teneant. Nos illos ita conſideramus, quatenus ſunt de principatu ſeu Regione ea, quæ in Palatinatū zu einer Pfaltzgraffſchaft/ erecta eſt, inveſtiti, & jura territorialia cum omnib. illi territorio annexis Regalibus habent & exercent, Qui itaque de tali Principatu non ſunt inveſtiti, impropriè & analogicè Comites Palatini dicuntur: *Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 4. n. 108.* de quibus agere non eſt propoſiti noſtri, *videatur præf Dn. Steph de Juriſd. lib. 2. c 6. membr 1.* Sunt & illi Principes imperio ſubjecti qui Landgravij nuncupantur, ſive Comites Provinciales, ex eo, quod olim fuerint totius alicujus provinciæ præfecti ſive judices: *Vult. lib. F c. 4. n. 14. Clut th 26 lit E.* Horum in Imperio 4, familiæ reperiuntur, utpote Thuringiæ, Haſſiæ, Alſatiæ, & Leuchtenbergenſis, *Schonb. 5. polit c 39 in fin. Peuc. ſ. Chron. p. 998. & ſeq* Sunt & illi Principes Imperij Fürſten des Reichs qui de novo creantnr, uti Erneſtus Comes Holſatiæ Schaumburgi & Sternbergæ præteritis aliquot luſtris *Anno 1621.* ab Imp. Ferdinando II. felicis recordationis ſacri Romani Imperij Princeps creabatur (F) Ad eundem Principum atque Illuſtrium ordinem referendi ſunt Comites & Barones. *Schrad. de feud. p. 10. Sect. 1. n. 28.* Comites diceban-

tur à Comitando & ſequendo, qui ſacrum Imperatoris comitatũ obſervarent *l. item apud labeonem §. Comitem 16. ff de injur. Paurm. jurisd lib. 2. c 10. n. 1.* item, Comites vocabantur, qui Proconſules & præſides in Provincias miſſos ſequerentur, & comitarentur, *l 16. ff. de offic. præſid l. 4. de offic. Aſſeſſor. l. 19. §. fin. locat. l. 6. §. ſi quos ff. de pœnis* Et hi pro varietate adminiſtrationis, varia habent nomina *ut ſupra th. 7. dictum.* Erant & olim Comites, Judices *tit. 16. F. 1. de inveſtit inter Dom. & Vaſall lis oriat c unica §. ſi judex: de pace tenend. Norderman. de jure princ. concl. 86. lit. a.* ut enim Duces die Hertzogen erant militiæ, ita Graffen/ ſive Comites erant, Juſtitiæ; undè veriſimile eſt, Comites ab antiquo Saxonum verbo, Graff/ quod judicem denotat, appellatos: *Spec. Saxon. lib. 3. artic. 53. & ſeq. Thom. Mich. de jurisd. concl. 130. lit b* Nihil autem hic loquimur de Minorum Gentium dijs, quales ſunt Gräffen/ Gogräffen/ Centgräffen/ Saltz-Gräffen/ Freygräffen/ Holtz Gräffen/ qui nulla habent Regalia, nullamq; territorij ſuperioritatem, ſed ſunt ſubditi, vel illorum adminiſtri; Verum de ijs qui imperio immediatè ſubjecti de comitatu aliquo ſunt inveſtiti, vel alio modo quæſitum habent comitatum. *c. 1. Quis dic. Dux. Tholoz. Syntagm. jur. lib. 6. c. 8. & in ſuis territoriis dicuntur Principes. Modeſtin. piſt quæſt. 70. n. 4. vol. 2.* quibus reſpectu ſui Comitatus æquiparantur, *Sixtin. de Regal. c 4. n. 55.* dicuntur Graffen des Reichs/ habenq; jura Imperij in ſuis Comitatibus *Andr. Gail. 1. de P. P. c. 6. n. 10. Schrad. de feud. p. 10. ſect. 1. n. 22. & ſeq. tit. 2.* Quomodò reſpectu prærogativæ ex his quidam dicantur Gefürſtete Graffen/ ut Comites Habſpurgenſis, Gortzenſis, Mansfeldenſis &c. *vid. apud Ampliß. Dn. Reinkingk intr. de regim. ſecul. S. I. R. lib. 1. cl. 4. c. 14. Clariß. Dn. Cluten in ſyſt rerum quotid. th. 26. lit. H.* (G) Vocabuli Baronis origo adeo eſt controverſa, ut quibusdam barbara vox viſa fuerit *Petr. Heig. p. 1. q. 2. n. 54. præfatus Dn. Reinkingk. d. loc. 15. n. 2. Dn. Cluten. th. 26. lit. I.* Quidam origiuem longè petunt ἀπὸ τῆ βαρύτητα, h. e. à gravitate. Nos vocabulum deductum eſſe exiſtimamus à VARON, quod Hiſpanis ſignificat virum authorritate gravem & conſpicuum. Quam ſententiam confirmat, quod Hiſpani litera V. & B. promiſcuè utuntur Mutato igitur V. in B. & abjectâ literâ finali N, ex Varon fit BARO. Inter hos Weſtenburg. & Limburg. ſunt præcipui, qui cum aliis ordinũ generibus numero 4. ante trecentos

annos.

annos ſunt conſtituti ad augendum imperij ſplendorem & majeſtatem: *Onuphrius panv. de comit Impp. et fin.* horum quondam munus fuit in ipſis Ducatibus, non tantum militare; ſed etiam prudenter atque graviter Ducibus ipſis de rebus gerendis conſulere: *Baro lib. 1. F. c. 3.* Quidam his ſimiles putant die Bannier Herren/ à Germanico Bannier/ quod ſignificat vexillum *Borch de feud. c 5. n. 39.* quod diſplicet *Petro Heig. d. q. 2. n. 54.* Nonnulli à germanico Freyen Barones, q. Fraiones, q. liberos & exemptos appellari putant, ideò quod ingenos in Gente Francorum Barones vocari ſolitos ſcripſerit *Gartz. de Rep. Rom. lib. 2. c. 33.* In vetuſtiſſimis itidem germanicis Rhythmis, Bar pro libero, Franco, frey/ ledig vnd loß/ frequentiſſimè uſurpatur: & indè quæ componuntur, puta Sorgbar/ Falſchbar/ Leidsbar/ Sinnebar/ &c. pariter quoquè Baren/ à caſcis Germanis, pro gnatis ſumi comperimus: Hincque dicuntur gnati, Baren, à libertate; non aliter ac liberi Latinis *D. Chriſtophorus Beſoldus in diſſertatione de Comitibus & Baronibus Imperij* §. 17. Hocque provenire videtur ex primigenia lingua; Hebræi enim nonnunquam, & uſitatiſſimè Chaldæi atque Syri, Bar pro filio utuntur, Indeq́; ſunt nomina quædam propria in Novo Teſtamento: Simon Bar Jona. *Matth. c. 16 v. 17.* pro quo habetur Johannis *c. 1. v. 43.* Simon Filius Jona. Bartholomæus filius Ptolomæi, Bartimæus, filius Timæi. Idemq; judicium eſto de Barrabas, Barnabas, Barieſus, Barſabas. *præfat. auth. citato loco* vulgariter exiſtimantur Barones, qui infra Comites, reliquis Nobilibus dignitate, opibus & potentiâ antecellunt *Hotom. in Lexic. feud.* Non autem illis aſſentimur, qui nullum diſcrimen ponunt inter Comites & Barones, cùm Comitum dignitas ſit antiquiſſima, & Comites olim etiam ipſos Duces præirent. Neque in jure feudali fit mentio Baronum, ſed Ducum, Marchionum & Comitum. Quidam Baronis nomen derivant abs Hebræornm vocabulo BAR, quod ſignificat, filium. Cùm enim primo Regibus multi eſſent filij, nec omnes poſſent Reges fieri donabant eis Caſtella cum Juriſdictione & Imperio, & inde Hebraico nomine vocabantur Barones h. e. aliis filij, celſiores: *Alber. de Roſate in dict. in verb.* BARO. Germanis dicuntur BARONES Freyherrn/ q: Liberi Domini, quod liberum illis ſit ad comitivam adſpirare, *uti conjicit Vult. de Feud. lib. 1. c. 4. n. 14.* Vocabulum autem Baronis modò latè, modò anguſtè paſſim accipi,

conſtat. Latâ enim Baronum appellatione, omnes, feuda Regalem dignitatem annexam habentia tenentes, comprehenduntur: *Schrad. de feud. p. 1. Sect. 1. n. 25. Paurm. de jurisdict. c. 11. lib. 2. n. 28. in ſpecie* ſumuntur pro Capitaneis comitibus proximis. *Baro de feud. lib. 1. c.* 3. Nam dignitate reliquos Nobiles & milites antecellunt, *Heig. part. 1. q. 2. n. 132* Et hæc ſignificatio eſt hujus loci propria: *Dn. Clut. concl. 26. lit. 1. Joh. Stumpffius* in der Schweitzer Chronick/*lib. 4. c. 29. fol. m. 219 rem ita explicat*: Bey den Francken vnd Teutſchen / wurden mitler Zeit die jenige Nobiles Freyen(jetzt Freyherrn) genandt / welche mit ehrlichen vnd langen Dienſten/die Gütere/ſo ſie von den Fürſten zu zeitlichen Lehen empfangen/vmb jhrer getrewen Dienſte wilfür eygen vnd Erblich empfangen / vnnd auff ſolchs der Pflichten täglicher Dienſt vnd Reiſen / vber andere Eddele Dienſtleuth(die man allein Eddel Knechte nante)etwas entlaſſen vnd gefreyet wahren/&c *cui etiam Rein. Reneccius.* conſentit *tract.* von Adelsherkomen. *f. m. 145. Non aliter fere apud Hirtium de bell. Alexandr. c. 53.* ex uſu, ut ſuſpicor, Gallicano, Barones dicuntur milites principales, quibus militiæ onus remiſſum, vocatioq; muneris præſtita erat, die Gefreyte Rott/*Goldaſt. in notis ad paræneticos authores, fol. 416. & ſeq. prætoriana cohors* Sicque non apud Germanos modò, ſed & Gallos, Britannos, aliasq; obtinuit Gentes, ut Barones ſuperiorem conſtituerent nobilitatis gradum. Et in Anglia Baronibus jam olim ſua territoria fuere; in illisq; Curiæ erant, ad beneficiarios, ſtatis temporibus convocandos, iisq; jus dicundum. *Selden. lib. 2. Jani Anglor. ad fin. fol. 132* Illud non omittendum, Linguâ nſtorâ Teutonicâ in Decretis Comitiorum variis nominibus Barones appellari: *(1)* ſimpliciter dicuntur Freyen. *Reform. Frid. Francof. de Anno 1442. in pr.* Graffen/ Freyen/*A. B. in fin. princ. ibi:* Graffen/Freyherrn/Edlen/ quorum quidam dicuntur (2) ſemper Freyen/utpote Limpurgici, Schomburgenſes, & Weſterburgenſes, die zu Weſterburgk vnd Schaumburg.) Abſchied des Reichs zu Regenſpurg 1541 auffgericht. Limpurg. A. des R. zu Speyr *Anno 1542* auffgericht. quidam 3) ſimpliciter Herrn/ ut ſunt die Herrn zu Ruppelskirch/die Herrn zu Plawen/zu Schleitz/ Greitz Kranichfeldt Lobenſtein vnd Gera/R. A. zu Speyr 1570. die Herrn von Hoffkirchen/ die Herrn von Pudbuſch/ die Hern von Potzlitz/die Herrn von Moltzan. At vero titulus ſimplex Herr/ &

pro

pro Principe Sæpenumerò uſurpatur : Sicque Auſtriæ Archiduces inſcribuntur, Herrn zu Frieſsland/auff der Windiſchen Marck / zu Portenow/&c. Illuſtriſs. Duces Megapolitani der Lande Roſtock vnd Stargardt Herrn: Illuſtriſs. Duces Pomeranorum quorum familia præterlapſo anno extincta Herrn zu Lowenburg vnd Butow Duces Juliacenſes, Herrn zu Ravenſtein quidam 4. Edle Herrn Graffen von Mansfeldt/Edle Herrn zu Heldrungen R. A. zu Wormbs 1545. Graffen vnd Edle Herrn zu Lip vnd Spiegelberg R. A. zu Speyr 1570 )Graffen vnd Edle Herrn zu Diepholtz/) R. A. zu Augſpurg Anno 1551. *Norderm, de jur. principat concl. 86.* vel adjecta demonſtratione, der Edle ut Evert von Werberg/der Edle/& quemadmedum hodierno tempore Herr Heinrich/ Edler von Huſan Uti ex privilegio ab Imp. Ferdinando II. Anuo 1634. illi conceſſo patet. complura ſynonima Baronum in Germanico noſto idiomate recenſet ac demonſtrat *Matth Steph. d. tr. l. 2. p. 1. c. 6. n. 118. & ſeqq. Dn. D.* Reinking. *d. c. 15. n. 28 & ſeq. ubi ſimul oſtendit n. 38. & ſeqq. de Anno 1548. ſub tit.* von Graffen vnd Herrn PoliceyOrdnung zu Franckfurt / illos omnes & Nobilitatis & dignitatis gradu eſſe pares (H) *tit. 10. qui dicat. Dux Marchio, com. (apit. 2* F. Duces, Marchiones, & Comites, Capitanei Regni dicti, quod veluti potiora Imperij eſſent capita. *Paurm. d. lib. 2, c. 24. n. 13* (I) *eod. tit.* Hinc ſuboritur dubium ; nùm Vocabulum Ducis , à Ducatu ꝫ Marchionis, a Marchionatu ; Comitis, à Comitatu ; BARONIS, à Baronatu dicatur, ipſæq; ſic provinciæ annexas habeant has dignitates Regales, & ſuis poſſeſſoribus conferant? Præſumitur quodammodò Princeps eum, quem de Marchionatu, Comitatu, &c. inveſtivit, cum tali dignitate inveſtiviſſe; Atque ſic totum hoc; utrum quis Marchio, Dux, vel Comes ſit &c. dependeat ex ſolâ Principis inveſtientis voluntate & poteſtate, ex proviuciâ autem minimè *Vult. de feud. c. 8. n. 10. v. eſt autem diligenter arg. tit. 10. 2.* F. Licet enim Princeps aliquem de territorio cujus prior poſſeſſor erat Dux vel Comes, inveſtierit, niſi tamen ipſum ſimul cum dignitate, Ducatus vel Comitatus inveſtierit, adeoque demõſtraverit, ſe velle, ut is, qui nunc de novo inveſtitur, ſit Dux vel Comes; de feudo Regali inveſtitus dici (niſi abuſivè planè) non poterit: nec Dominus ille ſalutabitur, ſed Ducatus poſſeſſor, Ein Inhaber deß Fürſtenthumbs/ *Henr. à Roſenth. c. 2. concl. 2. n. 9.*

XXV. Etſi

Etſi hæc feuda majora annexam regalem dignitatem habentia ut puta Ducatus, Marchionatus, Comitatus &c. de jure feudali, naturâ ſui fuerunt indiviſibilia in tantum, ut ne conſentientibus conſortibus dividi (A), potuerint: Hodiè tamen vi Conſuetudinis, tum apud exteros, tùm præcipuè apud Germanos receptæ, feuda dignitatum majorum dividuntur, non ratione ſolùm Jurisdictionis & adminiſtrationis, verùm etiam ratione bonorum & Dominij (B) utilis.

(A) *Text. in c. Imperialem decet Solertiam §. prætereà Ducatus, de prohibit. feud. alienat. per Frideric. ubi communiter Dd. 2. F. 26. §. Omnes. Andr. Gail. 2 obſerv. 153. n. 1 Vult. c. 8. n. 36. Schrad. p. 8. c. 2. n. 39. circ fin.* Et hoc politici & Jctus *in l. 77. §. Dulciſſmis 20. ff. de legat. & fideicommiſſ.* 2. Probant; comprimis Jctus Papinianus loco cit. teſtatur, Materiam communionis plerumquè diſcordiarum occaſionem excitare. Inſuper non diffitemur diviſionem vires imperij minuere, &, ut vulgò dicitur, rem attenuare; & Proverbinm eſt, multos fratres depauperare monaſterium: *Rittersh. in part. feud. lib. 1 c. 4. n. 7. in Authent. per textum valdè elegantem de triente & ſemiſſe* §. 1. cui & politici aſſentiuntur allegando fratricidium Romæ fraterno madentis ſanguine dedicatum; undè unum imperij corpus unius animo regendum videtur *Tacit. 1. Annal.* ſicut ab uno gubernatore una navis: *Lipſ. lib. 2. polit. c. 2.* (B) *Weſemb. c. 6. n. 14. Tiraq. de jure primogenit. q. 4. n 36 Jul. Clar. ad quæſt. 44 §. feudum lib. b.* Item, Feuda Ducatus, Marchionatus & Comitatus, ſecundum generalem conſuetudinem Italiæ dividi conſtat: *vide plenius Roland. conſ. 80. n 9. alios ibi citantem.* De eâdem conſuetudine atteſtatur *præfatus Gail. cit loc. n. 2. Clariſſ. Lindem. exercit. feud. 1. th. 31.* Excipitur tamen Electoratus, quem D. Imp. Carolus IV. voluit eſſe individuum, & jus primogenituræ in eo locum habere, ut videre eſt in A. B. *Rubr.* von der Ertz Biſchoffen Segen/ § Wiewol auch *teſte praxiarchá An. Gail. præall. loco. num. 3. Dn. Arnold. Engelbr. ad tit. 7. A. B.* CAROLI

IV. *qui*

*IV. qui eſt de ſucceßione in electoratibus ex jure primogenituræ, in diſpp. Baſil. Volum. 4.*

XXVJ.

In conceſſione Regalium feudorum agitatur quæſtio, An, cum illis feudis conceſſa videantur ea, quæ Regalia dicuntur, & ad alios quàm Imperatorem vel Regem, & eos, quibus ab his conceduntur, non pertinent? Et regulariter conceſſa non videri placet.

XXVII.

Haud temerè ulterius quæri poteſt de Pontifice Romano, an ei etiam poteſtas conferendi Regalia juſto ac proprio jure competat?

Verior nobis videtur, ſententia eorum negativam rationem comprobantium, & ex eo quod Chriſtus dixit; Reges gentium dominantur eis: & qui poteſtatem habent ſuper eas, gratioſi ac præpotentes Domini vocantur, Vos a. non ſic! *arg. Matth. 8. v. 20. Luc. 12. v. 14. Joh. 6. v. 15. c: 8. v. 11. 12. c. 18. v. 36. c. cum ad verum diſt. 96. c. Sacerdotibus 2. c. ſed nec procurationes 4. Ne cler. vel Monach. ſecul. neg. &c. Novell. 6. in pr. Novell. Leon. 68. etiam ex Pontificiorum hypotheſi* Expreſſè n. dixit Chriſtus: Sicut miſit me Pater ita ego mitto vos, non ad conſtituenda, gubernanda transferenda, aut diſtribuenda regna mundi atq; regalia, ſed ad miniſterium Evangelij & Sacramentorum *Johan. Garſſ. in orat. de Pontificia electi Roman. Imp. coronat.* Et quod Chriſtus nec acceperit nec habuerit non ſolum exequutionem dominij & regni, ſed nec authoritatem vel poteſtatem illius regni temporalis eleganter probat, *ipſe Bellarmin. lib. 5. de pontific. Roman cap. 4.*, *Et dicit Alvarott. ad c. 1. de feud. Marchiæ &c.* Pontificem Romanum pravâ uſurpatione ſibi Regalia adſcribere, etiamſi Interpp. plerique Catholici plus pontifici, quàm alij noſtratium, imperio addictorum, attribuunt.

XXIIX.

Non Regalia feuda etiam ab illis, qui Regalia feuda habent, ut Duces, Marchiones, Comites, &c. conceduntur (A) & qui ab ipſis inveſtituram acce-



perunt

perunt hodiè Capitanei (B) appellantur, qui & ipſi feuda dare poſſunt: ipſi autem, qui ab eis accipiunt feudum, Valvaſini, hoc eſt, Minores Valvaſores (C) dicuntur. Hi rurſus feudum dare poſſunt (D) & qui ab ipſis feudum tenent, Valvaſini vel valvaſores minimi (E) vocantur.

(A) *1. F. 1. §. Dux & 2. F. 10.* (B) propriè Regni vel Regis Capitanei dicuntur Dux, Marchio, Comes. *1. F 1. & 7.* (C) Impropriè verò Capitanei ſunt illi, qui Valvaſores Regis vel Regni appellantur, *ut patet ex not. ad tit. 1. ſub lit.* K. *Cujac. ſub lit. e. ad tit. 7.* 1. F. *17. Arumæus in diſput. feud. 3. th. 13.* 1. F *14.* 2. F. 10. Quibus deindè ſuccedunt Nobiles: indè ſunt & alij Valvaſini, qui dici poſſunt etiam Ruſtici, qui moribus noſtris Beuten Lehne tenent: *Dn. Lind. exercit.* 1. *feud th. 70.* (D) *arg. tit.* 16. *1. F.* (E) *1. F. 15. & 16.*

XXIX.

Quinimo moribus invaluit, & textibus juris valdè elegantibus obtineri poteſt, unumquemque, qui legitimam & liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem habet, feudum ex allodio ſuo, & ex iis, quæ poſsidet, cui vult, dare poſſe, quicquid *Duarenus de feud. c. 6. n. 9. & Niellius diſp. feud. 2. th. 1.* contrà diſputent.

*§. novi. per quos fiat inveſtit. 2. F. 3. arg. l. in re mandata 21. C. mandati l. quà ratione 9. §. 3. ff. de acquir. rer. dom. §. per traditionem 4. I. de rer. diviſ. l. 2. Non usque ff. ſi à parent. quis manumiſs. l. 13. §. fin. ff. de injur. & fam. libell.*

XXX.

Niſi de jure prohibeantur, ut, quibus bonorum adminiſtratio interdicta eſt: (A) patriæ ſcilicet poteſtati (B) ſuppoſitis, mutis & ſurdis, (C) infantibus, furioſis, (D) mente captis, (E) prodigis, (F) pupillis & minoribus viginti quinque annis, & ſimilibus; quod adeò verum eſt, ut pupilli, ne cum tutorum autho-

thoritate; & minores, cum Curatorum conſenſu atque (G) ſuffragio; tutores Curatoresvè, ipſi prætoris etiam decreto accedente, feuda de novo conferre poſsint.

(*A*)*per textum expreſſum c.* 1. 2. F. 3. *verſ. novi vero*: *ibi Dd. per quos fiat inveſtit. Clariſſ. Vult. c.* 3. *n.* 3. (B) quicquid enim acquirunt, id patri ſuo acquirunt, *per l. fin.* §, *filiis autem* 5. C. *de bonis quæ liberis in poteſtate conſtitutis &c. l. placet* 79. *ff. de acquir. hæred. l.* 11. *qui teſtam. fac. poſſ. l.* 3. C. *de patria poteſt.* §. 1. I. *proter quas perſon. nob. obl. acquir.* tametſi aliud obtineat in bonis caſtrenſibus *Vult. d. loc. n.* 5. (C) qui tales ita conjunctim ſunt naturâ; nam ſi tantum vitium hoc ex accidente evenerit, tàm novum conſtituere, quàm vetus renovare poſſunt: *Vult. d. loc n.* 5. *Gœdd. diſp. feud.* 4. *th.* 2. *lit. c.* (D) quos ab hoc contractu, etiam intellectus & conſenſus deſtitutio, inſtar infantis, quam longiſſimè arcet. *l. in negotiis* 5. *& l. furioſi* 40. *ff. de* R. J. *l.* 1. *ff. de acquir. poſſeſ. Gothofr. Ant. diſp. feud.* 2. *th.* 5. *lit. b.* quatenus tales ſunt, nec renovandi poteſtas iis permittitur; ſi verò furoris induciæ & laxamenta erunt, ut, quodlibet aliud negotium gerere; ſic quoq; feudum dare non prohibentur, *per l. cum aliis* 6. C. *cum curat. furios.* §. 1. *infr. quib. non eſt permiſſ. teſt. fac.* (E) *arg.* §. *ſed & mente* I. *de curat.* §. 1 I. *de pupill. ſubſtit.* (F) quibus bonis interdictum eſt, alienandi licentia eſt adempta, nec feudum conſtituendi facultatem habent: *arg. l.* 40 *ff. de* R. J. *Roſenth. c.* 3. *concl.* 18. *n.* 1. (G) idem nobis ſtatuendum eſt de iis, qui neque per ſe, neque cum authoritate tutorũ Curatorumvè unà cum decreto Judicis, rem ſuam allodialem infeudare poſſunt, *tt. de rebus eor. qui ſub tut. vel curat. ſunt arg. l.* 8. & 20. C. *de nupt* §. *item tria* I. *de exc. tut. Roſenth. d. c. concl.* 15. *n.* 1. *arg. tot. tit* I. *& ff. de aut. tut. junct. tit.* 3. §. 1 F. 2. *per l.* 22. C. *de adminiſtr. tutor. per l. fin.* C. *Si min. major. fact. &c. l. magis puto* §. *non paſſim &* §. *æs alienum de reb. eor. qui ſub tut. vel cur.* niſi ſint perſonæ illuſtres, *Gail.* 2. *obſerv.* 72. *n.* 8, & 9. Cæterum, feuda conſiſtere in rebus immobilibus *ex tit.* 1. §. *fin. & tit.* 23. § *fin* notorium eſt, quæ ſine decreto alienari nequeunt, præall. juribus. Ergo nec infeudari; quia, infeudatio eſt ſpecies alienationis: *Gothofr. ad tit.* 3. F. 2. *ſub lit.* K. Deindè,

 quia

quia infeudatio eſt donatio quædam *d. c. 1. §. fin. in quib. cauſ. feud amittit.* Donatio verò, etiam tutore authore à pupillo facta, non valet. *l. 1. pr ff. de tutel. & rat. diſtrah.* Qui enim Tutores dabunt, quod ipſi non habent? *l. ſi filius 14. C. de donat. l. ſi univerſæ 15. C. de legat.*

XXXI.

Niſi dignitas atque exiſtimatio eorum, qui ſub tutelâ vel curâ ſunt, extorqueat de novo infeudationē; eo n. caſu, neceſsitatis (cum æs alienū exſolvendū eſt, nec aliundè quam ex precio rei pupillaris diſtractæ, exſolvi poteſt,) decreto Magiſtratus & tutoris authoritate interveniente, admittenda erit alienatio.

*l. 12. Non fit ff. de reb. eor. qui ſub tut. vel cur. ſunt Bocer. de inveſtit. feud. c. 3. n. 53. d. l. magis puto de reb. eor. Vult. d. c. 3. n. 6. Arumæus diſp. feud. 3. th. 21.*

XXXII.

Iu prncuratore, ſive adminiſtratore bonorum, noſtrorum diſtinguimus: vel enim ſpeciale mandatum habet; & licitè feudum novum (A) concedere poteſt: vel generale (B) duntaxat, & non, niſi antiquum, renovat.

(*A*) *textus eſt expreſſus in §. ſed utrum tit 3. & §. item ſciendum 58. 2. F. arg. l. filiusfamilias 7. ff. de donat. l. procurator 63. ff. de procurat.* (B) generale tamen mandatum ad renovationem antiqui feudi faciendam ſufficit *Clariſſ. Lind. exercit. feud. 1. th. 75.*

XXXIII.

Hucuſque de perſonis, quæ feuda concedere poſſunt; nunc de iis, qui Feudorum capaces ſunt, diſpiciamus. Atque elegantis eſt diſceptationis inter FF. de Clericis, an feudum accipere poſſint? & eos de jure juſtè ac licitè feudum acquirere poſſe, tam ex Canonico, quam feudali jure eruimus.

Paucis exceptis, utpotè Hæreticis: *arg. l. 4. l. ſi quis. 10. l. 11. l. 18. C. de Hæret. & Manich. Novell. 131. c. 14. c. ult extr. de hæreticis. & Apoſto-*

*poſtatis l. apoſtatarũ 4. C. de Apoſt.* Monachis Franciſcanis & Ciſtercienſibus, *c. 2. Monachi & c. recolentes 3. de ſtat. Monach. Roſenth c. 3. concl. 4. n. 3.* Excommunicatis, & Bannitis: *arg. l. manichæos & auth. Gazaros & auth. credentes C. de hæretic. & ibi Dd.*, ex damnato & illicito coitu natis *l. ſi quis inceſti 6. C. de inceſt. nupt. ibi Dd.*

XXXIV.

Ad Laicos ſive ſeculares quod attinet, planum eſt, omnes feudum accipere poſſe, niſi fortè nominatim & ſpeciatim (B) prohibeantur; atque adeò, ut ſervus inveſtiri queat, niſi ignorantia (A) prætendatur.

(A) Prohibentur autem feudum accipere, publico crimine damnati ut, Læſæ Majeſtatis *l. fin. C. ad L. Jul. majeſtat. l. poſt contractum 15. ff. de donat. l. ſi quis poſthac 9. C. de bon. proſcript. Vult de feud. c. 4. n. 12* Nec non turpes, viles infamesvè perſonæ *l. fratres 27. C. de in off. teſt.* (B) *2. F. 3. § Perſonam verò. Hartm. Hartm. lib. 2. obſerv. 1. n. 2. tit. 54. in pr.*

XXXV.

Et ſic accipere poſſunt indifferenter omnes, cujuscunque ſint ſexûs, conditionis, vel ætatis: (A) ita tamen, ut ij, qui conſentire non poſſunt, quemadmodum pupilli; mente capti authore opus habeant; (B) vel catenus feudum accepiſſe intelligantur, quatenus deteriorem ſuam conditionem non redderent: (C) unde etiam eo in caſu fidelitatem præſtare non cogũtur, antequam in eam ætatem veniant, in quâ doli capaces ſunt: (D) &, ſi quid damni interea ex feudo per peſsi ſunt, Dominum ſibi obligatum habent (E)

*(A) §. Perſonarum, per quos fiat inveſtit. Dd. comm. tit. an mutus vel alias imperf. feud. retineat. 36. 2. F. & §. fin. de capitulis Corrad. dict. tit. 40.* (B) *§. 8. 9. 10. I. de inutil. ſtipul. tot. tit. de aut. tut arg. l. ſi quis argentum 36. §. antepenult. C. de donat. Zaſ. p. 5. n. 66. Borch. c. 5. n. 46.* (C) *§. namque I. de aut. tutor. l. contra juris reg. 28. in pr. de*

 Pact.

*pact.* (D) §. *Si minori lib. 2. tit. 26.* (E) videtur enim dolo feudum contuliſſe, propter onera & ſervitia, quæ feudo adhærebant.

## XXXVI.

De Adoleſcentibus, & pupillis infantiam egreſſis, an ſine tutorum Curatorumve authoritate atque conſenſu inveſtituam accipere poſsint, curioſè acriterque diſputatur.

Minorum utpote pupillorum feuda ab eorum tutoribus accipi FF. *unanimiter aſſerunt, Zaſius de feud. p. 5. n. 66. in pr.* *Weſemb. de feud. c. 5. n. 6. Schneidevv. in Epit. f. part. 3. n. 300.* Verum fidelitatem ſeu vaſallagium facere non cogantur, donec venerint in majorem ætatem, in qua doli capaces ſint: feudum tamen retinent. *fac. c. 1. §. ſi minori. ſi de feud. defuncti content. ſit inter Domin. & agnat. Vaſalli Julius* Clarus *in* §. *Feudum. q. 49. n.* 4. *Schrader. de feud. part. 6. c. 7. n. 20. Borcholt. de feud. c. 8. n. 16. Schneidevv. de feud. part. 3. n. 102. Weſemb. de feud. c. 5. n. 5.*

## XXXVII.

Ad hæc, cum Dominus gratificari poſsit, quibus vult; & Fœminas, (A) de novo beneficio ſcienter inveſtire poterit. Utrum vero muti, ſurdi, debiles, (B) vel alias á viribus infirmi, de novo beneficio inveſtiantur? quæſtionis eſt.

(A) Fœminæ quoquè, licet militare nequeant, feudorum tamen quorundam ſunt capaces, *tit. 8. §. ult. 1 F. 17. & 30. 2. F. & 24. 1. F.* neque minorum tantum, ſed & majorum, puta Ducatuum, Comitatuum &c. *Vult. de feud. c. 4. n.* 1. *& 4. Jul. Clar. §. feudum q. 73. n. 2.* reſpectu primævę feudorum originis, quia illa nihil aliud erant, quam officia magiſtratuum & clientelæ militares *Dn. Vult. lib. 1. de feud. c. 4. n. 4. & 5. & poſt eum Gotofr. Ant. diſp. feud. 2. th. 6. in pr.* negari non poteſt, Fœminas feudorum penitus incapaces fuiſſe *c. 1. §. hoc a. notandum 1. feud. 1.* attamen progreſſu temporis feuda quoque ad fœminas translata ſunt, & quidem in tantum ut nunc regula facienda ſit, omnes mares & fœminas feuda accipere poſſe *Schrad. de feud. p. 4. c. 3. n. 7. Schneid. p. 3. n. 98.* Quæri autem poteſt; utrum, ſi ſit Fœmineum

mineum

mineum ſive maternum feudum, ſcilicet ab origine conceſſum uni Fœminæ, poſtmodum vero ad tale beneficium etiam aliæ admittantur Fœminæ? Reſponſum affirmativum eruimus *ex tit. 50 F. 2.* & dicimus Fœminas admitti maſculis non extantibus, propter textum apertum, qui videtur apertè contrariari, *in c. 1. de beneficio Fœm. (qui eſt tit. 30. 2. F.)* & propter communem Dd. intellectum illud ipſum aſſerentium feudum in fœminis originem habere, ſucceſſivè etiam ad Fœminas pertinere *Clar. cit. loc. n. 5.* ſuffragante etiam ratione juris civilis, quo fœmina pari jure ad ſucceſſionem vocatur, ſublato veteri inter maſculos & fœminas quo ad ſucceſſionem diſcrimine *§. 15. I de hered. quæ ab inteſt. def. lib. 2. polit. c. 12. Georg. Schonbor.* (B) muti, ſurdi, cæci, fatui &c. *ex petri de Cervotis ſententia vel diſtinctione (quam & Alvarott. & Zaſ. inveſtigando rationem, approbant)* in feudo paterno, ſi vitium naturale ſit, non ſuccedunt: Si vero accidentale, etiam perpetuum ſuccedunt *c. un. an. mutus, ſurdus &c. in feudo a.* Novo, ſive vitium ſit naturale, ſive accidentale, imperfectus non ſuccedit *c. unico §. fin. Epiſcopum vel Abb. vel Abbatiſſam* alimenta tamen debentur, unde ſe ſuſtentare poſſint *d. §. fin. ſic Bald. in cap. unico de feudi ſucceſſione dicit.*

## XXXVIII.

Apertum autem eſt in nonnullis feudorum textibus; à feudis præcipuè militaribus, excludi regulariter Fœminam. *tit. 1. § hoc autem 3. tit. 8 § ſi quis igitur. § filia. tit. 24. 1. F. tit. 30. in pr. 2. F. & tit. 50. pr. tit. 39. pr. 2. F.* cujus ratio adſignatur *in c. unic an mut. vel alias imperfect. 2. F.* quia ſervire non poteſt.

## XXXIX.

Quærunt nonnulli, ſi feudum antiquum Domino aperiatur ob Feloniam, quæ directo Dominum reſpicit; An Dominus agnatos proximos, qui ſunt in ſimultaneâ inveſtiturâ cogatur inveſtire, an, iis neglectis, feudum in extraneos conferre poſsit? Nos id in merâ Domini diſcretione, ejuſdemq; libero arbitio relinquimus.

Quem-

## XL.

Quemlibet(ut dictum)imò Ruſticũ feudi capacem eſſe,exploratum eſt paſsim in ſcriptis feudalibus;ſed, num ex conceſsione feudi, quod dignitatem annexam habet, nobilis fiat, illud in dubium verti poteſt. *Vid. Hartman. Hartm pract. for. lib. 2. tit. 54. obſerv. 2.* Sed quidnam illud ſit,dignitatem annexam habere, ſuumq; accipientem nobilitare? non æque inter omnes convenit. Nos affirmativam tenentibus eatenus aſſentimur, ſi nobilitas expreſſè unà cum feudo ipſi cõcedatur ab eo, qui poteſtatem nobilitandi habet apertæ autem concluſionis eſt; feudum ſuâ naturâ non nobilitare,ſed tum demum ſiâ principe Romano aliove, qui jus conferendæ nobilitatis habet, hac voluntate ut nobile ei ſit & nobilis una fiat concedatur â *Roſenth. c. 2. concl. 2. vid. Jaſon in tract. ſuo feud., ſub tit. Qui feud. dare poſſ* Quod indè manifeſtum evadit,quod interdum aliquis inveſtiatur ab Imp. de Ducatu &c. qui tamen non appelletur Dux aut Comes, *ut ſupr. th. 23. ſub lit. H.* fuit dictum.

## XLI.

Voluntatem nobilitandi ex inveſtituræ tenore metimur, qui ſi dubius erit,præſumendum potius eſt feudum datum eſſe nobile; & hæc præſumptio tum omninò procedit, ſi Vaſallus longam annorum ſeriem numerare poſsit per quam feudum onusq; militiæ ei annexum,in familia ſuâ reſedit. *Cujac. lib. 2. F. tit. 10.*

## XLII.

Utrum noſmet ipſi, vel alij pro nobis inveſtituram ſuſcipiant ſive faciant, nihil intereſſe arbitramur, poteſt enim hoc negotium per procuratorem expreſſum mandatum habentem expediri, â quo etjam fidelitatis juramentum rectè præſtatur.

*c. 1. verſ. ſed utrum, per quos fiat inveſtit. lib. 2. tit. 3. c 1. verſ. item ciendum eſt lib. 2 tit. 58. Roſenth. de feud. c. 3. concl. 9. n. 3. Georg. Obſecht. in diſp. feud. 4. th. 175. & ſeqq.*

Re-

## XLIII.

Regulariter res ſive Eccleſiaſticæ, ſive ſeculares, antè in feudum dari ſolitæ, rectè re in feudari poterunt.

Dicuntur res infeudari ſolitæ, quæ vel diuturno temporis ſpatio, feudi jure poſſeſſæ; vel actuū frequentiâ acquiſitæ. Cùm vero nihil certi hac de re jure conſtitutum ſit, ſatius eſt judicantis arbitrio, atque religioni hocce determinandum commitere. *arg. l. ſi ſervus 1. ff. de jur. delib. & l. præſeſ. 1. C. quæ ſit long. conſuetud.*

## XLIV.

Res autem antea nunquam infeudatæ, ſed de quibus jam infeudandis primum agitur; hanc, ſecundum uſus feudales, determinationē ſunt qui capiunt: ut ſi immobiles vel ſoli ſint, vel ſolo cohæreant, vel inter immobiles connumerentur (A), (veluti cum de Camera (B) aut de Cavena (C) feudum datur,) nec earum alienatio, quacunq; ratione, ſit prohibita, quod in feudum utiliter convertantur.

(A) Res omnes, commercio hominum non exemptæ, immobiles, quæque immobilium jure cenſentur: ut ſunt reditus annui, qui immobilium naturam ſequuntur *l. jubemus 14. C. de SS. eccleſ. l ſi quis inquilinos 112. ff de legat. 1. Gail. lib, 2. obſerv. 10. n. 1 & 2. Roſenthal. c. 4. concl.* 7. Item, certi ex Camera vel Cavenâ proventus, panes qui appellantur civiles, ac collationes certorum officiorum, & ſimilium *c. 1. §. ſciendum fin. de feud. cognit. 2. F. text. in clementinis exivi §. cumq; annui reditus X. de V.S. Novell. 7.* (B) Feudum Cameræ conſiſtit in jure pecuniæ ex Camerâ, i.e. cum ex ærario vel arcâ Domini, Vaſallo adſignatur ſtipendium certum: *Gothofr. ad tit. 1. 2. F. ſub lit.* K. vel quod perinde eſt, de vectigali in certo loco, aut de alio reditu pecuniario, qui in Cameram illius Domini inferri ſolebat. Germanicè appellatur, Ein Cammerlehen/oder Manngeldt / *Schneidvv. p. 2. n. 24.* (C) id fit, quoties ex cellario Domini Vaſallo præbentur an-

nonæ,quæ conſiſtunt in jure vini,frumenti, aut alterius ex cellario ſeu penuario Domini,(aut ejus rei,quæ alioquin in cellam,hordeum, ſeu penuarium Domini,inferri debuiſſet,)quotannis exigendæ *Clariſſ. Vult* 1.F.8.*n*.13.Cavena n.Longobardis cella dicitur,*uti annotant Lexicographi, & ſagaciſſimi verborum ſtrutatores: & cumprimis* ,cellavinaria, *prout probat Cujacius* 2. F. 2. fortaſſe à caveâ ſeu cavernâ, appellatione deductâ,eò,quod cellæ vinariæ,aliæque nonnullæ,in locis excavatis, & ſubterraneis haberi ſoleant, ita tamen, ut hic per ſynecdochen quodlibet denotetur annonæ conditorium. Ex quo fit, ut cum vulgatis exemplaribus nomen Cavenæ malimus,quam cum Cujacio & aliis nonnullis Canevæ ſeu Canuæ feudum,dicere,*Gothofr. Anton. Diſp. feud.* 1. *th.* 4. *lit. c.* utriusque hujus feudi ea eſt natura,ut non debeatur, niſi ſit in Camera vel Cavena,unde ſolvi poſſit; deducto,ne egeat Dominus, omniq; ære alieno *d. c.* 1. *pr. ibiq́ Dd. Gregor. Tholo: in Syntagm. jur. univerſ. lib.* 6. *c.* 3. *n.* 10. *Wurmbſer. referens exemplum notatu haud indignum lib.* 1. *pract. forens. tit.* 51. *obſ.* 2. *n.* 1. & 2.

## XLV.

De rebus Eccleſiæ, an infeudationem admittant,magna pullulat & gliſcit diſceptatio. Equidem, ſi feudales ſint, infeudationes Religioſarum ſeu Eccleſiaſticarum rerum ante Urbani Pontificis decretum (A) factæ, h. e. ſi non reverſæ ad Eccleſiam fuerint rectè rurſus in feudum, irrequiſito Pontifice, omniq; amiſſâ ſolemnitate, dantur: Sin autem ſint de menſâ Epiſcopi, (vel quia nunquam datæ fuerunt in feudum, vel quidem datæ, ſed iterum Eccleſiæ incorporatæ, uſibus ſacris deſtinatæ (B) librisq; cenſualibus Eccleſiaſticis conſignatæ quæ Tituli nuncupantur,(C) regulariter in feudum dari non poſſunt, niſi prius conſulto Pontifice (D)

(A) Inter bona Eccleſiaſtica connumerantur, prædia alimentis clericorum certo modo deſtinata,quæ in jure feudali Tituli dicuntur Ea infeudum dari aliquandiu conſueverunt,ſed hæc infeu dandi cõſuetudo

ſuetudo, an etiã poſt conſtitutiones feudales, & Urbani Pontificis 2. decretum Placentiæ habitum, & quomodò induci poſſit, vehementer à DD. controvertitur. Nos cum Feudiſtis, *cumprimis Obrecht. diſp. feud. 4. th. 75. & ſeqq.* exiſtimamus, etiam poſt prohibitionem feudalem Urbani, infeudandi conſuetudinem induci poſſe: quia ratio, quæ olim hanc cõſuetudinem admiſit, etiã poſtea locum habere potuit, & adhuc hodiè poteſt. Aliàs fieret, ut rebus feudalibus ad Eccleſias reverſis nullæ amplius Eccleſiaſticæ res aliis infeudari poſſent, contra aperta Juris feudalis placita *lib. 2. F. tit. 35. in pr.* Ubi dicitur, Clericum poſſe de bonis Eccleſiæ inveſtituram facere, h. e. poſſe bona Eccleſiæ alteri in feudum dare, *& d. lib. 2. F. tit. 91.* ubi aſſeritur, à prælatis Eccleſiarũ res Eccleſiaſticas de novo in feudum dari poſſe, modò ſint rerum Eccleſiaſticarum frugi adminiſtratores. *Obrecht cit. loco.* (B) *l. inter ſtipulantem 83. §. Sacram. 5. ff. de V. O. l. pacta conventa 72. §. Papinianus 1. ff. de contrah. empt. l. ſancimus. 21. & Auth. multo magis* C. *de ſacr. ſanct. Eccleſ.* §. 2. I. *de inutil. ſtipul.* §. *ſi talis res ſit ibi Dd. I. de legat. 5. nullius cum 5. ſeq. & ibi Dd. I. de rer. diviſ.* Controverſiæ verò hinc inde ſuper hacce qualitate incidentes, ex magis arbitrio Judicis, quàm certâ lege decidendæ veniunt *Dn. Lind. p. m. exercit. feud. 2. th. 21.* (C) *lib. 1. F. tit. 6. Cujac. ad tit. 1 feud. arg. c. 2. diſt. 70.* (D) *c. 6. Epiſcop. vel Abbat. 1. F. c. ex parte 2. de feud.*

## XLVI.

De Decimis ſeu rebus ſpiritualibus, non abſimilis diſtinctio probata eſt. Nam feudales; nempe ante concilium Lateranenſe Laicis conceſſæ, ſi poſtmodum Eccleſiæ aperiantur; ita jam ante affectæ ſunt, ut denuo alij in feudum dari poſſint (A). poſt Concilium Lateranenſe Laicis earum alienatio de novo in alios planè interdicta eſt (B). Sed huic Juri in Imperio contrariâ conſuetudine derogatum eſſe noſtra ætate experimur.

(A) *Roſenth. 4. concl. 27* Laici hodiè poſſident decimas ex tolerantiâ Prælatorum: & ex infeudatione, aut aliàs ex donatione eis dudũ, ſeu

ſeu eorum præ deceſſoribus facta in Lateranenſi concilio, quod fuit, 1179. inſtitutum *ab Alexandro Papa Guido Papa D. in deciſ. n. quæſt. 288. n. 3. & 4.* Decimæ enim, à Laicis tempore memoriam hominis excedente, poſſeſſæ, ante Lateranenſe concilium conceſſæ præſumuntur. Pari ratione, Decimæ bonorum Eccleſiaſticorum in feudum dari militibus, contra Chriſtiani nominis hoſtes militantibus ſolebant. Quod & à Carolo Martello factum eſſe, hiſtoriæ docent. Is præliis & victoriis clarus: cùm enim acerrimis Francorum copiis in uno prælio ad trecenta ſeptuaginta quinque Saracenorum millia prope Turones & Ligerim trucidaſſet, Decimas, quæ tunc Sacerdotum erant, Nobilibus, qui in fugando & vincendo hoſte, ſtrenui fuerant, beneficiario feudatarioq; titulo cōceſſit, *ut refert Gagninus lib. Annal. ſuorum 3*, quam quidem conceſſionem Summum Pontificem approbaſſe teſtatur *Bald. in l. ſi uſusfructus 66. ff. de jure dot.* Et propterea, qui jure feudi hodiè Decimas vindicant, eas, ante ſynodū Lateranenſem, ſibi, ut Eccleſiæ vaſallis, conceſſas eſſe, contendunt. *Georg. Obrecht. præall. loco th. 64.* Id verò ibidem in Lateranenſi concilio, à Johanne III. Pontifice, Anno 1215. Romæ habito, fuit abrogatum: ità tamen ut jam antè factæ conceſſiones maneant ratæ *c. prohibemus 19. de decim.* (B) Indubitati itaq; juris eſt, Decimas, poſt concilium Lateranenſe, titulis. h. e. prædiis Eccleſiaſticis, non annumerari: quia, ſicut illæ ſynodo Lateranenſi in Laicos alienari: ita & in feudum iiſdem dari prohibetur. *c. prohibemus 19. de decim. & primit. & c. cum Apoſtolica 7. de his quæ fiunt a prælat.* Seminantibus enim ſpiritualia debentur temporalia, quorum exhibitio ordinatur, propter miniſterium ſpiritualium quæ ab aliis, quàm Clericis miniſtrari nequeunt. Unde fit, ut Jus Decimarum ſit merè Eccleſiaſticum, nec ad Laicos pertineat, niſi infeudationis titulo, aut ſingulari privilegio: *Thom. & Cajet. 2. q. 87. art. 3. & quod lib. 2. art. 8. c. cauſam de præſcript. c. 2. de Judiciis.* Nec ulla unquam fuit gens adeò barbara & feris moribus quæ rerum ſpiritualium miniſtris, temporalia quædam, ut ſunt frugum primitiæ &c. non rependat, & ſuos Sacerdotes non foveat, *prout egregè diſſerit Tiraq. in præfat. de primogeniis n. 6.* Et qui ſcit (ſecundum Canoniſtas,) ſe habere poſt Concilium Lateranenſe,

quod

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731832159/phys_0048 DFG

quod fuit celebratum MCCLXXIX. non poteſt tenere. *ut no. in c. prohibemus de decim. Angelus in c. Decima n. 14.*

XLVII.

Cæterum, rebus immobilibus in feudum conceſſis, omnia jura cohærentia, conceſſa intelligi debent: utputa ſervitutes, venationes, jurisdictiones & ſimilia, quæ omnia enumerare noſtri non eſt propoſiti, quippe cum & id genus tùm & alia rei immobili inhærentia unà cum fundo in feudum cocedi queant. *Weſemb. in comm. feud. c. 7. n. 6. Zaſ. in Epit. feud. p. 4. n. 9.*

XLIIX.

Hinc & illud valdè controverſum videtur: cōceſſo in feudum fundo cum omni jure & pertinentiis, vel cum omnimodâ jurisdictione; an ex inventis poſtea in illo auri, aluminis, aliorumvè metallorum fodinis, canonem metallicum Vaſallus Domino præſtare teneatur? Et affirmamus, quatenus Dominus eo loci, ubi territorium eſt, decimas metallicas, vel indictiones habet aut imperare poteſt: aliàs negamus. *arg. l. item ſi fundi 9 §. 2 & 3. de uſufruct. l. 77. in lege fundi de contrah. empt. tot. tit. C. de metallar. & metall. & metall. & procur. metall. lib. XI.*

XLIX.

Poſtremò, nihil intereſt, res propriæ ſint, vel alienæ vel communes; quæ in feudum dantur *argum. tit 35. lib. 2 F.* Alienam enim rem prout feudum in ignorantem conferens de evictione tenetur *tit. 8. & 25. 2. F.*

Has res in feudum concedi, certum eſt, adeò ut ſocius ad diviſionem cogi poſſit.; *tit. 58. §. item ſciendū eſt 2. F. arg. l. falſo 3. C de comm. ver. alien.* Et, ſi ignorans alienas res eſſe quis inveſtituram acceperit, cogere Dominum poteſt, ut vel redemptas illas, vel aliud feudum ejusdem bonitatis præſtet; ſin verò ſciens, agere non poteſt, niſi pacto ſpeciali ſibi proſpexerit *tit. 8. §. cum de re aliena. in pr. & tit. 25. §. ſup. negotio iſto 2. F.*

## L.

**In materia hac feudali numerum quinquagenarium claudant elegantes, difficiles admodum & variis contentionum fluctibus nobilitatæ cõtroverſiæ ac quæſtiones materiæ hujus juris feudalis haud inconvenientes: An, qui nati ſunt ex patre principe, Comite, Barone, Nobili, matre vero plebeia ac populari & cariosa vetuſtate attrita, potiantur eadem patris dignitate & privilegiis? Et utrum legitimati per ſubſequens matrimonium, vel per reſcriptum principis & oblationem curiæ ſuccedendi jus in feudis habeant?**

Affirmativam fortioribus ſuffultam rationibus, diuturnioribusve moribus comprobatam ſuſcipimus atque amplectimur præmeditatè primam. Conſtat enim per legitimum matrimonium mulieres honore maritorum erigi, radiisq; illuſtrari maritalibus, eandem reverentiã, eandem capacitatem, eadem privilegia & favores ipſis competere; ut maximè vir nobilis conjugem ignobilẽ ducat, eaq; omnia etiam poſt mortem mariti, dum vidua manet, durent. *l. ult. C. de incolis & ubi quis dom. lib. 10. l. 13. C. de dignit. lib. 12. l. fœminæ 8. ff de ſenat. Tiraq. in tr. de Nobil. c. 18. n 2. latè in ll. conn. Bart. in l. fin C d. V. S. l. cum te 10. C de nupt. l. filij 22. §. vidua 1. ff. ad munic. l. bis ſolu. ibi Bald. C. de revoc. donat. l. pen ibi gloſſ. C. de adult.* Quanto magis igitur jam præallegata procedunt in filiis, qui ex ſanguine, in tali aliqua dignitate conſtituti, procreati ſunt. Accedit quod nobilitas ex ſolo paterno genere, veluti agnatio quædam ex ſolis maſculis deducenda eſt; cùm agens nobilius ſit patiente; pater formam, mater materiam & nutrimentum generis præbeat *Tiraq. in tract. de nobilit. in ll. connub. c. 2. de converſ. coniugat. textus inſignis in frag. Ulpian. tit. 5.* Atque ita legitimè nati liberi, quoad dignatẽ, familiam gentem & ſimilia, patris non matris ſtatum & conditionem ſequuntur *l, cum legitimæ 19 ibi gloß. l filiam Senatoris cum ſeq. ff de Sanat. l. exemplo 36. C. de decurion. lib. 10.*

Ad ſecundam quod attinet, licet affirmativa à majore Dd. cumulo approbata *Andr. de Iſernia. Jul. Clar. ad* §. *Feudum q 82. n. 5. Weſemb. de feud, c. 16. Schneidevv. de ſucceß. ab inteſtat. tit. de ſucceß. fil. nat. & legit n. 10. Borcholt. de feud c. 7. n. 51. imperialisq́, Cameræ præjudiciis confirmata ſit Mynſ. cent. 5. obſerv 42. Andr. Gail. 2. obſerv. 142. & paßim.* nobis tamen negantium ſententia, quam etiam magnæ autoritatis viri arripiunt *Dn. Vult. lib. 1. de feud. c. 9. n. 94. Dn Gœdd. diſput. feud. 7. th. 3. Sonsb de feud. p. 9. n. 72.* theoricâ veritate inſpectâ luculentior jurisq; divini, civilis ac publici ſive feudalis textibus accommodatior videtur *Deuter. 23. v. 2. arg. l. 2. & 4. ff. unde cognat.* § *4. I. de ſucceß. cognat. O. C. part. 1. tit. 3.* §. Deßgleichen ſollen / *&c. 2. F. 26.* §. *Naturales filij*: ubi indubitatis ac perſpicuis verbis ſcriptum extat : Naturales filios, licet poſteà fiant legitimi, ad ſucceſſionem feudi, nec ſolos nec cum aliis admitti. Ad hoc accedit, quod ſi quæſtio aliqua feudalis ipſo jure feudali clarè deciſa ſit, ad textus juris civilis vel Pontificij, vel etiam ad rationes, quibus ea decidarur, confugere non liceat. 2. F. 1 *verſu. Legum autem Romanarum &c. Dn. Vult. præmemor. loc.* jam vero quæſtio de legitimatis jure feudali ſatis deciſa eſt §. *naturales* E. Vulgò enim conſtat, quod legibus non diſtinguentibus nec noſtrum ſit diſtinguere ; Quippe cùm veritas juris ex textibus non ex Doctorum autoritate eruenda ſit teſte

*Vdalr. Zaſio.*

APPO-

# APPOSITA.

## Ex Jure Civili.

T*Antam eſſe Principis authoritatem* Bart. in l. civitas 27. D. ſi certum petat. ſive de reb. credit. *tenet. ut pro arbitratu ſuo atque obſervatione contractuum, bona ſuorum civium ſive provincialium hypothecæ ſubjicere poſſit. Nos vero contrariam cogimur tueri atq; defendere ſententiam cum Gloſſatore* in l. 2. Conſuetudinis. C. quæ ſit long. conſuetud. & l. neque pignus 45. ff. de R. I. *Explorati enim juris eſt, rem alienam invito Domino obligari non poſſe* l. 2. ſi debitor D. de pignor. Act. & l. 4. ſi le non §. actor. 2. ff. de re judic. *Nec jus pignoris conſtitui*, not. in l. rem alienam 28. ff. de contrah. empt.

## Ex Jure publico.

*De Pontificia Electi Romanorum Imperatoris coronatione; An Pontifex Romanus coronationem cæſaream jure q. proprio & hæreditario ſive ſucceſſorio ſibi adſciſcere poßit? videbimus.*

2.

## Item:

*De Regalibus ſive Nobilibus imperij Romano-Germanici feudis, utrum Auguſtis ſimus noſter Imperator Regale aliquod imperij feudum, utputa Ele-*

*Electoratum, Ducatum, Principatum, Marchionatum, Comitatum & Baronatum &c. Imperio apertum, rurſus alij in feudum poſſit concedere, non requiſito conſilio & conſenſu ſtatuum, vel ad minimum principum Electorum? lis diſcurſu erit dirimenda.*

3.

*An Nepos ex filio præferatur filiæ Regis? A. Ob ſexū ſcilicet: cum hac exceptione niſi quæſtio ſit in ea regione quæ etiam inter liberos gradum ſolum ſpectet.* JCt. ac Philologus percelebris Hugo Grotius lib. 2. c. 7. n. 33. de jure belli ac pacis, *Cum quo & Dambauderio itidem tria utputa: pacis, belli, atq; induciarum ſive armiſtitij ſtatuimus tempora.*

## Politica duo.

Quorum prius à vulgo hodiè indocto paſſim circumfertur:

*Quippe*

*Hodiè eo ventū, ut quicunq; etiam homines & pueri velint nominari politici; & illi graviſſimum aliquod ſcelus committentes, pro Politico egregio illud reputant, vulgò* für ein außbündig Politiſch ſtückſchen: *adeò, ut Politici ac Politices nomen in odium ferè verſum fuerit; Etſi Plato* πολιτικὼ *appellat* πασῶν ἐπι-

 ϛατικὴν

*ςαλικὼ omnium diſciplinarum conſtitutivam.*
Et Ariſt. 1. polit. c. 2. *omnium diſciplinarum* ἀρχιτεκτονικὴν, *q. Archifabrilem, & Principis ſam ac Reginam. Quæ omnia cum ita ſint: haud temerè nec inexploratè quæri poteſt; Anne inter Politicos referendi ſint noſtri temporis Cothurni iſti, qui omnium religioni ac tergiverſationi ſeſe accommodant? Noſſe enim ſummum illud numen oportet politicum, cognitum vero piè & purè venerari* Lips 2. polit. *multò minus inter Chriſtianos. Abhorret enim Deus deteſtandam hypocriſin* Marc. 8. 38 Syr. c. 1. v. 35. & 36 1. Cor. 10. 20. cum ſeq. *& requirit ab homine cultum ſincerum & obſequium non ſimulatum* Matth. 4. v 10. & 15. 8. Eſa. 29. 13. 2. Reg. 5 18. *Cæterùm palam eſt: Politicos dici eos, qui præditi ſunt ſcientiâ adminiſtrandi Remp.* Schonborn. lib. 1. polit. c. 2; *Sceleroſa autem facta patrantes, ſceleratos. Utique merito rejicimus novos Politicos hypocritarum iſtar, cumprimis ſimulatos; utpote tergiverſationi ſtudere cupientes, ac mel in ore, fel in corde gerentes.*

## Poſterius

*A novis nonnullis atq; recentiorib9 uſurpatur Politicis, diſtinguentibus inter bellum Relligionis, Regionis ac Reputationis. Num autem huic diſtinctioni præallegatæ adſtipulandum ſit? Diſcurſus docebit.*

Unum

Unum Hiſtoricu...

*Quartam & non quintam contra Bodinum Monarchiam, utpote ultimam & ferream uſurpamus; in qua Imperium Romano-Germanicum, ut Monarchia una ex quatuor per divina oracula prædictis*, Daniel. 2 & 7. *usque ad finem mundi interitum non videbit.* Daniel citato loco Divus Lutherus in præfat. ſuper Daniel. c. 7. §. Vnd daß ein kleines Horn &c. Denn der Türck hat groſſen Sieg wieder die Chriſten gehabt/ vnd leugnet doch Chriſtum/ vnnd hebet ſeinen Mahomet über alles / daß wir nu gewißlich nichts zugewarten haben/ denn des Jüngſten Tages / denn der Türck wird nicht mehr Hörner über die drey/ abſtoſſen: 2. cap. §. Das ander Stück &c. ait: Es muß bleiben biß an Jüngſten Tag/ wie ſchwach es jmmer ſey/ denn Daniel leuget nicht / vnd bißher die Erfahrung auch beweiſet hat.

*Suam ergò juxta præfigurationem & prædictionem dulciſſimus veniat JESVS, filum imperio nutanti abrumpat, juſtos, & omnes miſeris; calamitatibus, crucibusq; ſuis hiſce in terris affixos cœlorum regnum demum occupare patiatur, cum fidelibus ſinulis precamur, quicquid interim temporis reſtat, ſit nobis ſalutare & pacatum.*

ἀρχή δὲ θεὸς πάντων, πάντωντε τελευτή.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731832159/phys_0056
DFG

JAm fermè Mavors furibundus ſacra profanis
Miſcet, cum privis publica jura premit.
Non tamen omninò tacet inter tympana Phœbus:
Nec ſemper Pallas, nec Themis alma ſilet.
In medio RINCKQUICHTE decus, dulciſq; voluptas
Pieridum, bello publica jura doces.
Ritè facis. ſurget tandem poſt nubila Titan,
Et pax poſt litis tædia viſet humum.
Tum tibi, tum demum ſeries immenſa laborum
Proderit; & ſtudium commoda multa feret.
Commoda multa feret patriæq; tuisq; : nec unquam
Non referet laudes culta Thalia tuas.

HENRICUS RAHNE,
J. D. & Prof.

## Ad Præſtantiſſimum Dn. Reſpondentem amicum ac favitorem ſuum perdilectum.

*MIrantur forſan qui ſpernunt juris & æqui*
*Artem, quod feudi & fidei præcepta labores*
*Tradere, ut & conſtans docta ratione tueri*
*Cum tamen hoc ſeclo Muſarum clara propago*
*Cogitur in multis, ſimul ac cum lege, ſilere,*

*Vana*

*Vana igitur dicunt hæc, & conamina tanta:*
*Sed tu Delicium Muſarum & pectus amicum*
*Sacratæ Themidos, vindex virtutis amandæ,*
*Inſulſæ plebis Nugas contemnis, & Almæ*
*Aſtrææ inſequeris mores & jura tueris*
*Ritè, etenim hac ſine nulla diu conſtare valebunt.*
*Sceptra Jovis, ſed mole ſua convulſa fatiſcunt.*
*Macte igitur tantâ virtute,* Heimrade, *labores*
*Sic Aſtræa tuos ſummo dotabit honore.*

DANIEL SANDOW, L.

---

PErge ut cœpiſti, *Vir Candide,* tramite recto,
Perbenè ſic ſtudiis conſulis ipſe tuis,
Delitias animi quæris, fœda otia ſpernis,
Ritè facis, cœptam currere perge viam,
Currere perge; *brevi paulò majora capeſſes.*
Sic fies patriæ fama decusq́, tuæ,

*Ita Spectatiſſimo Domino Reſpondenti, Amico & ſympatriotæ ſuo ſingulariter dilecto de jure feudali diſputanti aggratulabatur*

Levin Claus Moltke/
Nobil. Megap.

FINIS.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn731832159/phys_0059
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn731832159/phys_0060
DFG

## ...m Hiſtoricu...

*...& non quintam contra Bodinum*
*...pote ultimam & ferream uſurpa-*
*...erium Romano-Germanicum,*
*...na ex quatuor per divina oracu-*
...aniel. 2 & 7. *usque ad finem*
*...non videbit.* Daniel citato loco
... in præfat. ſuper Daniel. c. 7. §.
...es Horn &c. Denn der Türck
... wieder die Chriſten gehabt/ vnd
...ſtum/ vnnd hebet ſeinen Maho-
...aß wir nu gewißlich nichts zuge-
...nn des Jüngſten Tages / denn
...cht mehr Hörner über die drey/
... §. Das ander Stück &c. ait:
...iß an Jüngſten Tag/ wie ſchwach
...n Daniel leuget nicht / vnd biß-
...g auch beweiſet hat.

*...juxta præfigurationem & prædi-*
*...aus veniat JESUS, filum*
*...brumpat, juſtos, & omnes miſe-*
*...us, crucibusq; ſuis hiſce interris*
*...egnum demum occupare patiatur,*
*...ulis precamur, quicquid interim*
*...reſtat, ſit nobis ſalutare &*
*pacatum.*

...εος πάντων, πάντωντε τελευτή.